

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob, Liber Vigesimvs Nonvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

non procedes amplius, & hic confringes tumentes flatus tuos.] Quid enim moraliter per ostia, nisi virtutes; quid per vectem, nisi robur charitatis accipimus? Hec itaque ostia scilicet operationum virtutes, mare faviens dissipat, nisi eas ex occulto mentis opposita charitas adfringat. Facile autem omne virtutum bonum tentatione cordis irruente destruitur, nisi ab intimis fixa charitate solidetur. Unde & Paulus in suis prædicationibus dum quædam virtutum ostia mari tentationis opponeret, illico eisdem ostiis quasi robur vectis adjunxit, dicens: *Super omnia autem haec charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis.* Perfectionis enim vinculum charitatis dicitur, quia omne bonum quod agitur, nimurum per illam, ne pereat, ligatur. A tentatore namque ciuius quolibet opus evellitur, si solutum à vinculo charitatis invenitur: si autem mens Dei ac proximi dilectione constringitur, cùm tentationum motus quilibet ei injusta suggesterint, obicem se illis ipsa dilectio opponit, & pravae lusione undas virtutum ostiis ac vecte intimi amoris frangit. Quia ergo Dominus per inspiratae charitatis fortitudinem bascentia in corde vita reprimit, insurgentis maris impetum per obserata claustra compescit. Ira fortasse in occulto exasperat: sed ne quies superna perdatur, perturbationi mentis officium lingua subtrahitur: ne usque ad vocem exeat, quod in sinu cordis tumultuosum sonat. Luxuria in occultis cogitationibus accedit: sed ne supernam mundiam mens amittat, conceptæ immunditia ea quæ

A famulari poterant, membra castigat; ne usque ad corruptionem corporis exhaleat fator cordis. Avaritia stimulat: sed ne caelesti regno mens careat, intra claustra se parsimonia contenta propriis ligat; ne in pravo se opere dilatet, & usque ad exteriores actus internæ concepientia astus excludet. Superbia inflat: sed ne veram celitudinem amittat, considerando quisque quia pulvis est, ab altitudine se concepta elationis humiliat: certans nimirum, ne, quod in suggestione cogitationis tolerat, in excitatione operis erumpat. Bene ergo dicitur: *[Positum vectem & ostia, & dixi: Huncque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes flatus tuos:]* quia dum electus quisque & tentatur visitis, & tamen facere male suggesta renitit, quasi mare clausum tenetur. Quod etiæ intus tumultuosis cogitationis fluctibus mente percutit, statuta tamen bene vivendi littora non excedit. Quod mare quidem in tumorem se erigit, sed dum fixa deliberatione cordis illiditur, fractum reddit. Beatus igitur Job ne sibi tribuat, quod contra procellas cordis fortiter stat, voce divina audiatur: *[Quis conclusit ostiis mare, quando erumpet, quis de oniva procedens, & cetera.]* Ac si ei aperte dicetur: *In cassum te exteriis in bonis operibus pensas, si non me interius, qui in te temptationis undas compescas, confideras.* Ut enim tu fluctus ferre possis in opere, meæ virtutis est, qui fluctus frango temptationis in corde.

SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM IOB, LIBER VIGESIMVS NONVS

CAPUT PRIMUM.

DOMINUS Deus noster Jesus Christus in eo quid virius & sapientia Dei est, de Patre ante tempora natus est: vel potius quia nec cœpit nasci, nec defit, dicamus verius semper natus. Non autem possumus dicere, semper nascitur; ne imperfectus videatur. At vero ut aternus designari valeat & perfectus, semper dicamus & natus: quatenus & natus ad perfectionem pertineat, & semper ad aternitatem: ut quocumque modo illa essentia sine tempore, temporali valeat designari sermonem: quamvis hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus: quia quod factum non est, non potest dici perfectum. Et tamen infirmatatis nostra verbis Dominus descendens, *Matt. 1. ait: Estote perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est.* In illa itaque nativitate divina ab humano genere cognoscii non poterat: proinde in humanitate venit ut videretur, videri voluit ut imitaretur. Quia carnis nativitas despecta visa est sapientibus mundi: contempserunt namque infirma humanitatis ejus, Deo hæc indigna judicantes. Cui tantò magis homo debitor fuit, quantò pro illo Deus etiam indigna suscepit. *Quia enim non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes.* Ac si diceret: Cū Deum, qui est sapientia, nequaquam per sa-

C pientiam suam mundus inveniret, placuit ut Deum hominem factum per humanitatis stultitiam cognosceret: quatenus ejus sapientia ad nostram stultitiam descenderet, & lucem superna prudentia luto sue carnis illuminata nostra cœcitas videret. Natus igitur ex Patre sine tempore, ex matre nasci est dignatus in tempore: ut per hoc quid ortum suum inter initium finemque concluderet, humanæ mentis oculis ortum, qui nec initio sumitur, nec fine angulfatur, aperiret. Unde bene nunc ad beatum Job dicitur.

Quod nato in carne Domino, sancta Ecclesia de rebus noctis egredens, queris suum locum in luce beatitudinis æternae.

CAPUT II.

Numquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti aurora locum suum?] Subaudis, ut ego. Ortus quippe divinitatis ejus antè & post non habet. Cui dum semper esse est per aternitatem, dum omne quod abitur circumscribit, intra semetipsum temporum disferitus claudit. Ortus vero humanitatis ejus, quia & cœpit, & defit; & antè & post habere à tempore accepit. Sed quia dum ipse umbras nostræ temporalitatis suscepit, lumen nobis suæ aternitatis infudit; rectè per hunc ortum quem

creator sibi in tempore condidit, locum suum sine A tempore aurora cognavit. Quia enim diluculum vel aurora à tenebris in lucem vertitur, non immerit diluculi vel aurora nomine, omnis electorum Ecclesia designatur. Ipsa namque dum ab infidelitatibus nocte ad lucem fidei ducitur, velut aurora more in diem post tenebras splendore supernæ claritatis aperitur. Unde & bene in Canticis cantorum dicitur: *Quia est ista qua progediuntur quasi aurora confurgens?* Sancta enim Ecclesia caelestis vita premia appetens, aurora vocata est: quia dum peccatorum tenebras deserit, justitia luce fulgescit. Habetus tamen subtilius aliquid, quod considerata qualitate diluculi vel aurora penfemus. Aurora namque vel diluculum, noctem quidem praterisse nunciant, nec tamen diei claritatem integrum ostentant: sed dum illam pellunt, hanc suscipiunt lucem tenebris permixtam tenent. Quid itaque in hac vita omnes qui veritatem sequuntur, nisi aurora vel diluculum fumus? quia & quadam jam quæ lucis sunt, agimus; & tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquis non caremus. Per Prophetam quippe Deo dicitur: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Rursumque scriptum est: *In multis offendimus omnes.* Paulus quoque ait: *Vide aliam legem in membris meis rugugnantem legi mentis mee,* & captivum me ducentem in lege peccati, que est in membris meis. Ubi ergo lex peccati cum lege mentis contendit, profecto adhuc aurora est: quia lux quæ jam emicuit, nequum præterentes funditus tenebras pressit. Adhuc aurora est: quia dum lex carnis legem mentis, & lex mentis legem carnis percudit, inter se vicissim lux & umbra configit. Unde rursum Paulus cùm diceret: *Nox precessit;* nequaquam subdidit: *Dies venit;* sed *Dies autem appropinquavit.* Qui enim post discelsum noctis jam non venisse, sed appropinquasse diem insinuat, esse se proculdubio ante solem post tenebras adhuc in aurora demonstrat. Tunc autem plenè sancta electorum Ecclesia dies erit, cùm ei admixta peccati umbra jam non erit. Tunc plenè dies erit; quando interni luminis perfecto fervore clarerit. Tunc plenè dies erit, quando nullam malorum suorum tentantem memoriam tolerans, omnes à se tenebrarum etiam reliquias abscondet. Unde & bene hæc aurora quasi adhuc in transitu demonstratur, cùm dicitur: [*Et ostendisti aurora locum suum.*] Cui enim locus suus ostenditur, profecto ex alio ad aliud vocatur. Quid est enim locus auroræ, nisi perfecta claritas visionis æternæ? Ad quem cùm perdueta venerit, jam de transacte nobis tenebris nihil habet. Nunc autem adhuc tentationum molestias sustinens; quia per intentionem cordis ad aliud festinat Ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Quem locum si mente non cerneret, in hujus vita nocte remaneret. Sed cùm quotidie contendit perfici, & in lucem quotidiæ augeri, locum suum jam conficit, & plenè sibi clarefcere solem querit. Locum suum aurora considerat, quando sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat. Ad locum suum pertingere aurora fatigebat, cùm David diceret: *Sicut anima mea ad Deum vivum,* quando veriam & apparebo ante faciem Dei? Locum suum veritas aurora monstrabat, cùm per Salomonem diceret: *Quid haber amplius sapiens à statu;* & *quid pauper, nisi ut perget illuc ubi est vita?* Quem profecto locum etiam praecedentibus incarnationem suam patribus post ortum suum Dominus ostendit: quia nisi per prophetam spiritum, incarnandum supernæ patriæ regem cognoscerent, bona ejusdem patriæ quām essent desiderabilia non videbent. Locum suum veritas aurora patefecit, cùm Patrem coram discipulis petit, dicens: *Pater, quos dedisti mibi, volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum.* Locum suum aurora monstravit, cùm diceret:

Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & agnoscuntur. Ad hunc locum, quem cognoverat, pervenire aurora festinabat, cum Paulus desiderium habere diceret dissolvi, & cum Christo esse. Et rursum: *Mibi vivere Christus est, & mori lucrum.* Et rursum: *Scimus quoniam si terrenis domus nostra hujus habitationis dissolvat, quid adiunctionem ex Deo habemus, domum non manu factam, aeternam in celis.* Bene autem post ortum suum, locum proprium aurora ostendit se perhibet, quia futura retributionis beatitudinem priusquam per corpus ipse innoteferet, in paucorum intellectu continuat. Cùm vero humanae nativitatis infirma suscepit, ventura claritatis notitiam in multitudinis innumera amore dilaravit. Sed cùm divini operis mysterium sic misericordia peragat, ut tamen & ira comitetur, quantum occultus arbitrio alios respiciens redimat, alios deferens perdat: quia cognovimus, quomodo per incarnationem suam electos illuminet, audiamus nunc quomodo reprobos damnet. Sequitur.

Quod Indiaica perfidia viso Christo concussa est: & alii sic, alii alter de eo sentientibus, paucis ex illa tanta plebe assumptis Scribas & Pharisæos merito reprobarunt.

CAPUT III.

NVMQUID tenuisti concutiens extrema terræ, & excusisti impios ex ea? Extrema terræ Dominus tenuit, quia in fine sæculorum ad destitutam jam & alienigenis Regibus subditam synagogam venit; atque ex illa impios excussit, quia spiritualia fidei prædicamenta renuentes, etiam à carnalis sacrificii gloria repulsi. Vel certè extrema terræ tenuit, quia ex Judæa paucos abjectos & humiles elegit. Extrema terra tenuit; quia legis doctores deserens, pescatores assumpsit. Dumque ejus extrema teneret, ex ea impios excutit: quia dum infirmos fideles roborat, fortes in illa infideles damnat. Rechèrde vero etiam [concutiens] addidit: quia per adventum suum immensa formidine etiam reproborum corda commovit. Concussi quippe fuerant qui dicebant: *Nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit.* Res autem quæ concutitur, huc illucque ducta fatigatur. Concussa ergo Judæa fuerat, quæ de Christo per alios dicebat: *Quia bonus est.* Et per alios refutebat, dicens: *Non, sed seducit turbas.* Per alios dicebat: *Nisi hic esset à Deo, non poterat facere quidquam.* Atque ad extrellum per alios clamat: *Si non effet hic malefactor, non tibi tradidimus eum.* Concussi quidem, sed non prostrati sunt reprobri, cùm modo miracula obstupecentes cernerent, modo infirmitatis opprobria despicientes irriderent. An non concussi fuerant, qui dicebant: *Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, duci nobis palam.* Vel certè extrema terræ concussit & tenuit; quia cùm infirma corda humilium pio timore terruit, nequaquam ea iudicio districto dereliquit. Inde enim multitudine credentium in Deum robustius stetit, unde in se humiliata trepidavit. Nam quia cum Deus quem concutit tenet, insinuat per Prophetam, dicens: *Super quem requiescat spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* Quia eum quem concutit tenet, Salomonem attestante intimatur, qui ait: *Beatus vir qui semper est parvulus: qui autem mentis est dura, corrui in malum.* Igitur quia extrema Judææ Dominus in Apostolis tenuit, atque ex illa Scribas & Pharisæos ac pontifices impietas sue merita exigente reprobavit; quid adhuc de eorum damnatione subdatur, audiamus. Sequitur: [*Resistuerunt ut lumen signaculum, & stolidi sicut vestimentum*] Quid aliud Dominus plebem Israëliticam, nisi lutum reperit, quam obsequiis Gentilium deditam, in Ægypto set-

vientem lateribus invenit? Quam dum tot miraculis ad terram reprobationis duxit, dum perducentiam cognitionis sua scientia implevit, dum tot arcana secretorum ei per prophetiam contulit; quid cam aliud quam servandi mysterii signaculum fecit? Ipsa quippe diu in prophetia clausum continuit, quidquid de se Veritas in fine revelavit. Sed dum post tot divina secreta, post tot percepta miracula in Redemptoris sui adventu, plus terram quam veritatem dixerat, per sacerdotes dicens: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollens nostrum locum & gentem: quasi ad eos, quos in Aegypto reliquerat, laterem rediit: & quae facta jam Dei signaculum fuerat, ad hoc se iterum quod deseruerat, inflexit: lutumque se post signaculum in oculis veritatis exhibuit, cum per impietatis malitiam accepti verbi mysteria perdidit, & sola terrena sapere qua inquinant, elegit. Ubi aptè subjungitur: [Et stabit sicut vestimentum.] Impoluta namque & grossiora vestimenta etiam cum induita fuerint, quia induentis membris bene applicata non inhærent, stare feruntur. Iudea igitur circa veritatis notitiam etiam cum servire videatur, sicut vestimentum stetit; quia per exteriora mandata servire se Domino ostendit, sed adhaerere ei per charitatis intelligentiam noluit. Dum solam in præceptis Dei litteram tenuit, & nequaquam se per spiritum sensibus intimis junxit, quasi ei qui se inquidat, non adhaesit. Ubi & aptè subjungitur: [Auferetur ab impiis lux sua.] Quia dum credere veritati renunt, cognitionem legis in perpetuum amittunt: & dum de accepta lege superbiunt, nimurum de scientia sua gloria cecantur.*

Scriptum quippe est: Obscurerunt oculi eorum, ne videant. Rursumque scriptum est: Excaca cor populi hujus & aures ejus aggrevia. Et rursum scriptum est: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; & qui vident, ceci fiant. Et quia semetipsos de legis operibus contra conditorem legis extulerunt, aptè subditur: [Et brachium excelsum conteretur.] Excelsum quippe brachium conteritur, quando prædicata fidei gratia, superba legis operatione reprobat, cum dicitur: Ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Cuncta tamen haec intellegi & aliter possunt. Terram quippe Scriptura sacra vocare continevit Ecclesiam. Extrema igitur terra Dominus tenet & concutit, quia Ecclesia sua ultima per adventum antichristi persecutione immannissima turbari permittit, nec tamen permittendo deserit. Hanc terram aliquando Dominus tenet, & non concutit; aliquando tenet & concutit, quia modò eam tranquilla pace fidei possidet, modo commoveri impetu persecutionis jubet. Bene autem eum diceret: [Numquid tenuisti concutiens extrema terram,] illoco adjunxit: [Et excussisti impios ex ea!] Attestante enim Paulo, plerique in ea sunt, qui consentirunt se nosse Deum, factis autem negant. Impios ergo ex ea Dominus excutit; quia hi, quos nunc intima vita possident, tunc in voraginem aperte infidelitatem cadent; atque in acervum paleatum transeunt, cum tentationis illius aura comoventur. Et quamvis se nunc sub specie fidei intra areas finium tegant, tunc nimurum extra granorum cumulum distretti examinis ventilabro resistent. Unde & aptè subjungitur.

Quod Iudei, qui legis servanda signaculum acceptarent, in iudicio tamquam lutum restituentur: quia quod terrena sapuerint, omnibus demonstrabitur.

CAPUT IV.

Restituetur ut lutum signaculum.] Ac si aperie diceret: Hi qui nunc videntur in Ecclesia finu signaculum, tunc ante oculos omnium restituentur ut lutum: id est, nequaquam judicia hominum de

A professione religionis fallunt, sed quod terrena sapient, demonfrantur. Solet enim Scriptura sacra profide appellare signaculum, pro iniquitate lutum. Nam filius junior, qui consumptā substantiā ad pa. *Luc. 1,14* trem rediit, in munere annulum accepit. Gentilis enim populus, qui immortalitate perdita, ad Deum penitendo revertitur, per fidei signaculum munitur. Unde & à sponso suo Ecclesia dicitur: *Pone me can. 3, b* *signaculum super cor tuum. Idcirco namque signaculum rebus ponitur, ne qua diripient propter pœnitentia temerentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur, quando fidei ejus mysterium in custodia nostra cogitationis imprimitur: ut ille infidelis servus, nimurum noster adverarius, cum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non praesumat. Per lutum vero terrena contagia demonfrantur, attestante Psalmista qui ait: Eduxisti me de lacu miseria, & de luto facis. Quia igitur multi in terrenis contagis inventi, perduci ad Ecclesiam, caelitis fidei sacramento signantur, & tamen ab inquis operibus non recedunt, sequi nunc fidei velamine contegunt, sed cum tempus inveniunt, quid sint veraci ostendunt, recte dicitur: [Restituetur ut lutum signaculum.] Quos enīa nunc fideles credimus, ipsos tunc fidei hostes invenimus; & quamvis apparent non tentati signaculum, erunt proculdubio tentati lutum. Unde & recte dicitur, [Restituetur:] quia qualis eorum conscientia esse ante fidem potuit, tales eos postmodum reprobata convincit. De quibus aptè subjungitur: [Et stabit sicut vestimentum.] Tot nunc quasi vestibus sancta Ecclesia induitur, quo fidelium veneratione decoratur. Unde & ei ostensis Gentilibus, a Domino per Prophetam dicitur: Vivo ego, dicit Dominus, Esa. 49, quia omnibus his velut ornamento vestieris. Multis tamen quasi fidelibus nunc specientibus induitur: sed pulsante persecutionis impetu, tunc eis exuta nudabitur; de quorum sorte hic dicitur: [Et stabit sicut vestimentum.] Stare vero hoc loco ponitur, in peccato persistere. Unde scriptum est: Et in via peccatorum non stetit. Vel certe reprobis quisque sicut vestimentum stare dicitur, ut non posse stare monstretur: quia sicut induita uestis in visionis sue specie per corpus tenditur, exuta autem fratera complicatur; ita unusquisque qui a sancta Ecclesia tunc statu recesserit tensus ac decorus quasi dum indueretur, fuit; sed exutus postmodum, contractus atque abjectus jacebit. Si vero stare intelligimus perdurare: sicut vestimentum stat quisque reprobis, qui in hac vita quam diligit, breviter durat. Unde & per Prophetam dicitur: Omnia sicut vestimentum veterabuntur, & sicut operiorum mutabis ea, & mutabuntur. Hæc itaque, quæ allegoriarum nube tecta intulit, nunc verbis apertioribus innotescit, subdens,*

Quod impiorum lux sit hoc, quod eis ex fide lucet: que tunc auferuntur, quando pulsante persecutionis articulo, quod rectum credere videbantur, amittunt.

CAPUT V.

Afferetur ab impiis lux sua.] Neque enim eos a nunc Dei lumen illustrat, qui iniquitatis sua malitiam fidei nomine palliant. Nam dum juxta prædicationem fidei vivere negligunt, & tamen eamdem fidem specientibus venerantur, honorem vitæ præsens ex nomine religionis querunt: hocque eis ex fide lucet, quod eos fides coram hominibus refovet. Sunt vero nonnulli, qui aeterna quæ audiunt, veraciter credunt, & tamen eidem, quam tenent, fidei male vivendo contradicunt. Habent hi quoque in tenebris lucem suam: quia dum per verba agunt, & tamen de Deo recta sentiunt, ne tenebrescant funditus, ex quadam parte fulgere luminis

luminis illustrantur. Qui dum plus terrena quam A celestia, plus qua vident quam quae audiunt, diligunt, pulsante persecutionis articulo quod rectum credere videbantur, amittunt. Quod illo maxime tempore multipliciter agitur, quando surgente ipso iniquorum capite, in sancta Ecclesia persecutione ultima liberis suis viribus ejus fortitudo gloriarunt. Ibi tunc cor uniuscuiusque ostendit, ubi quidquid in occultis latebat aperitur; & qui nunc ore sunt pii, & corde sunt impii, publicata malitia corrunt, & lucem fidei quam specierentur tenerant, perdunt. Sed inter haec necesse est ut unusquisque nostrum ad cordis sui secretum redeat, & actionis suae damna pertimescat, ne exigentibus meritis, per distinctam justitiam judiciorum Dei in talium hominum numerum incurrat.

Quod omnia moraliter ad antichristum tempora referuntur, in quibus concusa persecutionum erit, & filios quoque, qui modo in Ecclesia sunt infideles, etiam nunc reprobata vita convincit.

C A P U T VI.

NEMO autem sibi incaute blandiatur, & idcirco se à tali occasu extraneum credat, quia ad illius tempestatis procellam pervenire se non existimat. O quanti illius tentationis tempora non viserunt, & tamen in ejus tentationis procella versantur. Cain tempus antichristi non vidit, & tamen membrum antichristi per meritum fuit. Judas servitiam persecutionis illius ignoravit, & tamen viribus crudelitatis ejus, avaritiae faudente succubuit. C Simon divisus longè ab antichristi temporibus extitit, & tamen ejus se superbia, miraculorum potentiam perversè appetendo, conjunxit. Sic iniquum corpus suo capiti, sic membris membra junguntur, cum & cognitione se nesciunt, & tamen prava sibi actione copulantur. Neque enim Pergamus Balaam libros aut verba cognoverat, & tamen ejus nequitiam sequens, voce superna increpationis Apoc. 2. dnis audiebat: *Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari. Thyatira quoque ecclesiam ab Jezabel notitia & tempora & loca dividabant: sed quia eam per vita reatus astrinxerat, inesse ei Jezabel dicitur, atque operibus perversis D insisteret, Angelo attestante, qui ait: Habeo adversus te aliqua; quia permittis mulierem Jezabel, qua se dicit prophetam docere & seducere servos meos, fornicari & manducare de idolothyti. Ecce quia repertiri poterunt, qui Jezabel vitam reproba actione secuti sunt, Jezabel illic inventa memoratur: quia videlicet pravum corpus conjuncti mores unum faciunt, etiam si hoc loca vel tempora scandunt. Unde fit, ut in perversis suis imitatoribus & iniquis quisque maneat qui iam præteriit, & in suis operatoribus ipse iniquorum auctor jam apparet, qui nequum venit. Hinc Joannes ait: Nunc antichristi multi facti sunt; quia iniqui omnes jam ejus membra sunt, que scilicet perversè edita caput suum male vivendo prævenerunt. Hinc Paulus Thess. lus ait: *Vtreveletur in suo tempore; nam mysterium jam operatur iniquitatis.* Ac si diceret: Tunc antichristus manifestus videbitur; nam in cordibus iniquorum secreta sua jam nunc occultus operatur. Ut enim de apertioribus criminibus taceam, ecce alias fratri in corde suo tacitus invidet, & si occasionem reperiat, eum supplantare contendit, cuius alterius membrum est, nisi ejus, de quo scriptum est: Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum? Alius magni meriti esse se estimans, per tumorē cordis cunctis se præferens, omnes se metipso inferiores credit, cuius alterius membrum scriptum est: *Invidia diaboli mors intravit in orbem* ^{2. Thess. 2. b} *terrarum?* Alius magni meriti esse se estimans, per tumorē cordis cunctis se præferens, omnes se metipso inferiores credit, cuius alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: Omne sublime ibid. 41. d *S. Greg. Tom. I.**

A videt, & ipse est rex super universos filios superbie? Alius mundi hujus potentiam querit, non quod alius pro sit, sed quod ipse alteri subditus non sit, cuius alterius membrum est, nisi ejus, de quo scriptum est: Qui dixit, Sedebo in monte testamenti, in latribus Aquilonis, ascendam super altitudinem meam.

Ezai. 14. simili ero Altissimi? Solus quippe Altissimus ita dominatur super omnia, ut alteri subesse non possit.

Quem diabolus imitari perversè voluit, cum suum dominium querens, ei subesse recusavit. Imitatur ergo diabolus quisquis idcirco potestatem

suam appetit, quia ei qui fibi est superna ordinatio prepositus, subesse fastidit. Sunt præterea plurima, quæ quosdam in ipsa pace Ecclesiæ con-

stitutos, infideles esse renuncient. Video namque nonnullos ita personam potenter accipere, ut requi-

fiti ab eo, pro favore ejus non dubitent in causa proximi veritatem negare. Et quis est veritas, nisi ille qui dixit: *Ego sum via, veritas, & vita?* Ne

Ioan. 14. que enim Joannes Baptista de confessione Christi, Mar. 6.

sed de justitia veritate requisitus occubuit: sed d

quia Christus est veritas ad mortem usque idcirco

pro Christo, quia videlicet pro veritate perversus.

Ponamus ergo ante oculos quod aliquis percun-

ctatus personam potenter accepit, & ne verbi saltem injuriam patetur, veritatem negavit. Quid

rogó iste faceret in dolore pœnaru[m], qui Christum erubuit inter flagella verborum? Ecce & post hæc

ante oculos hominum adhuc Christianus est, & ta-

men si cum Dominus districte dispositus judicare, jam non est. Video autem alios, quibus per locum

magisterii, exhortandi sunt officia arguendique

comissa, qui vident aliquid illicitum admitti, &

tamen dum quorundam potentum offendere gratia-

menti meruent, arguere non presumunt. Quisquis

10. 10. iste est, quid aliud facit, nisi videt lupum venien-

6. t, & fugit? Fugit, quia tacuit: tacuit, quia des-

specta æternâ gratiâ, temporalem gloriam plus

anavit. Ecce ante potenter faciem intra sui se late-

bras silentii abscondit, & sicut persecutioni publi-

ca, sic occulit locum dedit timori. Bene de talibus

dicitur: Dilexerunt gloriam hominum magis quam

Dei. Quisquis igitur talis est, si hæc districte judi-

cantur, etiæ persecutio publica defuit, tamen tacen-

do Christum negavit. Non ergo defuit vel in pace

Ecclesiæ antichristi tentamenta. Nemo itaque illa

persecutionis extrema tempora quasi sola perhor-

refcat. Apud iniquos namque quotidie res antichri-

sti agitur, quia in eorum cordibus mysterium suum

jam nunc occultus operatur. Et si multi nunc spe-

ciertus intra Ecclesiam constituti simulant se esse

quod non sunt, in adventu tamen judicis prodentur

quod sunt: de quibus bene Salomon ait: Vtā

Eccle. 8. impios sepultos, qui etiam cum adhuc vivent, in b

loco sancto erant, & landabantur in civitate, quasi

infororum operum. Igitur postquam de iniquis dictum

est, [Resistetur ut lurum signaculum. & statim fecit

velimentum, & anferetur ab iniqui lux sua;] quod

utique in illa est antichristi persecutione facien-

dum; mox de ejusdem antichristi perditione nos

consolans, ait: [Et brachium excelsum conteretur.]

E Quid namque aliud excellum brachium accipit,

nisi superba antichristi celitudo, quæ super repro-

bas mentes hominum fastu gloriae secularis erigit-

ur, ita ut homo peccator, & tamen estimari ho-

mo despiciens, Deum se super homines mentiatur?

Unde & Paulus Apostolus dicit: Ita ut in templo

Dei sedeat, offendens se tamquam sit Deus. Cujus

ut tumorem plenus ostenderet, premisit: Qui ad

versus & extollitur super omne quod dicitur Deus,

aut quod colitur. Deus enim dici aliquando & ho-

mo potest, iuxta quod ad Moysen dicitur: Ecce

constitui te deum Pharaonis. Deus vero coli purus

homo non potest. Quia vero se antichristus & su-

per sanctos quosque homines, & super ipsius potentiam divinitatis extollit, per exactum sibi nomen gloriae, & hoc quod Deus dicitur, & hoc quod Deus colitur, transire conatur. Notandum verò est, in quantum superbæ foveam cecidit, qui in mensura ruinæ qua lapfus est, non permanit. *Esa. 14.* Dia-bolus quippe vel homo à statu conditionis propriæ elata mente corruerunt, ut vel ille diceret: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimi.* *Gen. 3, b* sime: vel iste audiens cederet: *Aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii.* Idcirco ergo uterque cecidit, quia esse Deo similis non per justitiam, sed per potentiam concupivit. Sed homo per gratiam liberatus, qui Dei similitudinem perversè appetendo cederat, in reatu criminis sui longè Deo imparet. *Esa. 33, 8.* se esse cognoscens clamat: *Domine quis similis tibi?* ** al.* Diabolus verò in* lapfus sui criminis justè dimissus, in mensura ruinæ sue minimè permanit; sed quantum diutius ab omnipotenti gratia defuit, tanto magis reatum criminis cumulavit. Nam qui ideo cecidit, quia perverso ordine Deo esse similis voluit, eisque perductus est, ut in antichristum veniens, videri Deo similis dignetur, arque cum quem habere non potuit superbus aqualem, damnatus inferiorem putet. Nam cùm de illo hoc quod jam premisimus, dicitur: *Extollens se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur:* aperte monstratur, quia appetendo dudum Dei similitudinem, quasi juxta Deum erigere se voluit, sed in superbæ culpa crescendo, jam se supra omne quod Deus dicitur & colitur, extollit. Quia ergo hæc ejus superbæ disticti judicii erit adventu ferienda, sicut scriptum est: *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui,* rectè dicitur: *[Et brachium excelsum conteretur.]* Cuncta tamen hæc, que bis discussa sunt, adhuc intelligi & alter possunt. Verba enim Dei quasi pigmenta quedam nostri sunt adjutorii. Et sicut pigmentum quanto plus teritur, tanto plus in poculo ejus virtus augetur; ita divina eloquia quòd magis exponendo conteruntur, eò audientes amplius quasi bibentes juvantur. Quia igitur misericors Deus diu peccata hominum tolerat, & cùm jam vicinum finem respicit, plerumque mentes peccantium immutat, rectè de se, vim tantæ pietatis insinuans, ait: *[Numquid tenuisti concutiens extrema terram, & excussisti impios ex ea?]* Per terram quippe, homo infima sa-piens designatur, cui peccanti dictum est: *Terra es, & in terram ibis.* Sed quia pius conditor faciatur suam non deserit, mala hominum & per suam patientiam tolerat, & per eorum quandoque conversionem relaxat. Cùm autem duras atque insensibiles mentes respicit, modo eas minis, modo verberibus, modo revelationibus terret; ut quæ pessima securitate duruerant, salubri timore mollescant, quatenus vel sero redant, & hoc ipsum saltem, quòd diu expectatis sunt, erubescant. Scit enim Dominus quia extrema vita nostra plus iudicat, & idcirco electos suos in fine sollicitus purgat. Scriptum quippe est: *Deus iudicabit fines terre.* Tantò ergo impensis ultimi nostris invigilat, quantò in ipsis pendere initia vitæ sequentis penat. Quod quia misericorditer agit, pierate sua in medium deducta, qua etiam sero conversos peccatores recipit, beati Job iustitiam erudit, dicens: *[Numquid tenuisti concutiens extrema terram, & excussisti impios ex ea?]* Subaudis, ut ego, qui in suis ultimis sape peccatores terrendo concutio, convertendo te-neo, arque ab eorum cordibus impios cogitationum motus evello. Et rectè beato Job Dominus, quomo do juxta finem peccatores convertat, insinuat. Ac si aperè dicat: Misericordia meæ potentiam respice, & tu justitia elationem preme. Quæ extrema hominis quia etiam cùm convertitur per car-nis mortem, illa antiquæ culpæ vindicta comita-

A tur, protinus insinuat, cùm dicit: *[Resistuerit ne lumen signaculum, & stabit sicut vestimentum.]* Hominem quippe Dominus, quem ad suam similitudinem condidit, quasi quoddam suæ potentie signaculum fecit. Quod tamen ut lutum restituerit, quia licet æterna supplicia per conversionem fugiat, in ultione tamen perpetrata superbia carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, & mentis accepta ratione, similitudine divinae imaginis decoratus, elatione cordis intumescens, quod de infinitis formatu est, oblitus est. Unde mità conditoris justitiæ actum est, ut quia per sensum intumuit, quem rationabilem accepit, rursus terra per mortem fieret, quam esse se considerare humiliter noluit: & quia peccando Dei similitudinem perdidit, moriendo verò ad limi sui materiali reddit, rectè dicitur: *[Resistuerit ut lutum signaculum.]* Et quis de corpore dum spiritus vocatur, quodam quasi involucre sue carnis exi-tur, aptè de eodem luto subjugitur: *[Et stabit sicut vestimentum.]* Lutum namque nostrum sicut vestimentum stare, est usque ad resurrectionis tempus inane exutumque perdurare. Sed quia hanc peccatum superbæ nec illi transeunt, qui & eamdem superbiam vivendo humiliter vincunt; quæ sit superbientium specialis pena, subjugit dicens: *[Aperientur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur.]* Mors enim carnis, quæ electos luci sue restituit, lucem suam reprobis tollit. Lux namque superbientis, est gloria vita præsentis. Quæ ei lux tunc subtrahitur, cùm per carnis interitum ad rationum suarum tenebras vocatur. Ibi tunc excelsum brachium confringitur, quia celsitudo cordis ultra naturæ ordinem violenter artepta, opprimitur se divina justitia mole dissipatur: ut quia se perversè in brevi erexerat, per pondus judicii in aeternum fracta cognoscatur. Nullus autem nostrum quid post mortem sequeretur, agnosceret, nisi vita nostræ conditor ad peccatum ulique mortis nostræ veniret. Nisi enim ipse misericorditer infima petret, nequaquam nos post suam imaginem perditos justè ad summam revocaret. Unde & rectè subjugitur.

Quod Dominus ad inferna descendens, carcerem ge-venna viam & transitum fecit: ipse vero liberans alligatos, liber deambulavit, & aperiit portis mor-tis, exitum de tenebris ad lucem fecit.

CAPUT VII.

*N*umquid ingressus es profundum maris, & in novissimis abyssi dearbulasti? *[Esa. 11, 1]* Ac si dicat: Ut ego, qui non solum mare, id est, sæculum per as-sumptam humanam carnem atque animam petui, sed etiam per eam sponte in morte positam, ulque ad ultima inferni, quasi ad maris profunda descendendi. Si enim mare, more divini eloqui, sæculum debet intelligi, nihil prohibet profunda maris, inferni claustra sentiri. Quod profundum maris Dominus petuit, cùm inferni novissima, electorum suorum animas erepturas intravit. Unde & per Prophetam dicitur: *Posuisti profundum maris viam, ut transirent liberaui.* Hoc namque profundum maris ante Redemptoris adventum non via, sed carcer fuit: quia in se etiam bonorum animas, quamvis non in locis penalibus, clausit. Quod tamen profundum viam Dominus posuit; quia illuc veniens, electos suos a claustris inferni ad cælestia transire concessit. Unde & aptè illius dicitur: *Vt transirent liberaui.* Quod verò profundum maris *[ibid.]* dixerat, hoc aliis verbis replicans, abyssi novissimum vocat: quia sicut aquarum abyssus nulla nostra visione comprehenditur, ita occulta inferni nullo à nobis cognitionis sensu penetrantur. Qui enim hinc subtrahantur cernimus, sed quæ il-

8. Ios juxta meritum retributio suppliciorum maneat, non videmus. Vigilanti vero est cura pensandum, quod in novissimo abyssi deambulasse se peribet.

Deambulare quippe non constricti, sed liberi est.

Quem enim vincula stringunt, ejus nihilominus gressus impediunt. Quia igitur Dominus nulla peccati vincula pertulit, in inferno deambulavit.

Liber quippe ad ligatos venit. Unde scriptum est:

Psal. 87. Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

A. At. 2. d. It novissimi ergo abyssi Domino deambulare, est in loco damnationis nihil suae retentio-

nis invenire, attestante Petro, qui ait: Solus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri il-

lum ab eo. Vel certè, quia deambulando nos cùm de loco ad locum ducimur, hìc illicque præsen-

tes invenimur; deambulasse in inferno Dominus B

dicitur, ut electi animabas in locis singulis per

divinitatis potentiam præsens fuisse monstraretur.

Unde & spiritus sapientia mobilis describitur, ut per hoc quod nusquam deest, ubique nobis oc-

sap. 7. d. currere designetur. Quam descensionem suam Do-

minus tanto mirabiliter respicit, quoniam eam re-

dempto homini crebrius infundit. Eam namque adhuc replicans subdit: [Numquid aperte sunt ibi

porta mortis, & osia tenebrosa vidisti?] Porta

enim mortis, sunt potestates adversae. Quas def-

pendens Dominus aperuit, quia earum fortitudi-

nem moriendo superavit. Quia appellatione quo-

que alia, tenebrosa osia vocantur: quia dum per

occultationis sua insidias non videntur, deceptis

mentibus viam mortis aperiunt. Quia tenebrosa

osia Dominus videt: quia immundorum spirituum

fraudulentam malitiam & respicit & premit. Quos

nisi ipse nobis nefcientibus videndo prohiberet, &

nil de insidiis corum mens nostra cognoscet, &

eisdem insidiis capta deperiret. Quia tenebrosa

etiam nos osia cernimus: quando supernæ lucis ra-

diis illuminatur. Unde & per Prophetam dicitur:

Psal. 117. Dominus mihi adjutor est, & ego videbo inimicos

meos. Hostes igitur nostros ipse videt, qui suo eos

munere nobis visibles facit. Vel certè tenebrosa

tunc osia Dominus vidit, cùm claustra inferni

penetrans, crudeles spiritus percult, & mortis

præpositos moriendo damnavit. Quod idecirco hìc

non adhuc de futuro, sed jam de præterito dicitur;

quia hoc quod facturus erat in opere, nimi-

rum jam fecerat in prædestinatione. Quia vero

post mortem resurrectionemque ejus crevit Eccle-

sia, atque in cunctis est gentibus dilata, aptè sub-

jungitur: [Numquid confideras latitudinem ter-

re?] Dum enim Dominus angustias mortis petiit,

fidem suam in gentibus dilatavit, atque ad innu-

mera corda credentium, sanctam Ecclesiam exten-

dit. Cui per Prophetam dicitur: Dilata locum ten-

torii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende,

ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clavos tuos

consolida: ad dexteram enim & ad levam penetra-

bis, & semen tuum gentes hereditabit. Quia latitu-

do terra profectò non fieret, nisi ipse prius & vi-

tam quam novimus, moriendo despiceret, & vi-

tam quam non novimus, resurgendo monstraret. In

morte quippe sua nostrar oculos mentis aperit, &

que efficit vita quæ sequeretur, ostendit. Unde &

hunc in Evangelio ordinem tenens, discipulis di-

cit: Sic oportebat Christum pati, & resurgere à mor-

tuis tercia die, & prædicari in nomine ejus pæni-

tentiā & remissione peccatorum per omnes gentes.

Pauci enim ex plebe Israëlitica ipso prædicante cre-

diderunt: innumeri vero gentium populi viam vita-

moriente illi secuti sunt. Superbos namque dum

adhuc passibilis viveret, pertulit, à passibili vero

vita multos dum moreretur stravit. Quod bene

Sampson in semetipso dudum figuraler expressit,

qui paucos quidem dum viveret interemit; destru-

et auctem templo; hostes innumerous cùm morere-

S. Greg. Tom. I.

A tur occidit: quia nimis Dominus ab elatione superbia paucos cùm viveret, plares vero cùm templum sui corporis solveretur extinxit, atque electos ex gentibus, quos vivendo sustinuit, simul omnes moriendo prostravit. Rectè itaque postquam inferna penetrasse se docuit, considerandam mox terra latitudinem subjunxit: [*Numquid confideras latitudinem terra?*] Ac si flagellato homini diceret: Perpende quid pertuli, & pensa quod emi; nec queraris ipse de verbere, dum nescis quæ te pænitentiam in retributione. Inter hac itaque verba creatoris operæ pretium puto, si à bono communi ac publico parumper oculos fluctuamus, & quid in singulis nobis latenter agat, in-tueatur. Dicit enim.

Quid moraliter mentem humanam Deus in profundo

vittorum immersam visitando ingreditur, & cor

quasi abyssum obscuram illustratione sua irradians,

vittis calcatis vittor ingreditur.

C A P U T V I I I .

Numquid ingressus es profundum maris?] Mare quippe est mens humana: cuius profunda Deus ingreditur, quando per cognitionem suam ad lamenta pænitentia ab intimis cogitationibus perturbatur, quando prioris vita nequitias ad memoriam reducit, & fluctuantem in confusione sua animum concutit. Profundum maris Deus penetrat, quando etiam desperata corda permuat. Ipse enim mare intrat, quando cor sæculare humiliatur: profundum maris ingreditur, quando visitare mentes etiam pressas sceleribus non deditur. Unde & rectè percutendo subiungitur: [*Et in novissimis abyssi deambulasti?* * Quid enim est abyssus, nisi mens humana, qua dum semetipsam Quid comprehendere non valet, fæse in omne quod est, velut obscura abyssus latet? Unde bene per Prophætam dicitur: *Dedit abyssus vocem juam ab altitudine phantasia sis;* quia dum semetipsam mens, b humana non penetrat, ex comparatione sui divina naturæ potentiam quam comprehendere non sufficit, humilius laudat. In novissimis ergo abyssi Deo deambulare, est etiam nequissimorum corda hominum convertere, & desperatas mentes visita-tionis sua vultigis tangendo, mirabiliter reformare. Cùm enim post immensa scelerâ unusquisque compungitur, quid aliud quam in novissimis abyssi Deus deambulans videtur? Quasi in abysso namque Deus deambulat, cùm obscurredum cor penetrans, fluctus invisibilis vittorum calcat. Plerumque enim præterita alia plangimus, & aliis pæsentibus urgemur: ut modò superbia, modò ira, modò luxuria, modò avaritia tentante fatigemur. Sed cùm cuncta hæc in corde nostro Dominus occultæ visita-tionis sua timore reprimit, quid aliud quam in abysso gressus ponit? Quos gressus mente conspicimus, quando contra insurgentia vitia, quomodo timoris ejus obvient dona, pensamus. Hos namque gressus Propheta conspexerat, cùm dicebat:

Visti sunt ingressus tui Deus, ingressus Dei mei, regis Ps. 67.

E mei, qui est in sancto ipsius. Qui enim inordinatus motus animi, dinovinorum judiciorum memoriâ in se reprimenti conspicit, quasi deambulans in se gressus Domini videt. Dicatur ergo beato Job: [*Numquid ingressus es profundum maris, & in novissimis abyssi deambulasti?*] Subaudis, ut ego, qui mira misericordia in peccatorum cordibus modò iram, modò luxuriam, modò avaritiam, modò surgen-tem superbiæ calco? Ac si ei aperte diceretur: Si latencia cordis vitia me solum reprimere conspicis, tu extollis de propria justificatione celsabis. Et quia cùm divinitus visitamur, etiam de occultis & illicitis mo-tibus mentis ad confessionem ducimur, rectè sub-iungitur: [*Numquid aperte sunt tibi porta mortis?*]

Ggg ij

Portæ enim mortis, sunt cogitationes pravae: quas Deo pandimus, quando eas in penitentia flendo confitemur. Quas etiam non confessas intuetur, sed confessas ingreditur. Tunc quippe viam sibi in portis mortis aperit, quando solutis pravis cogitationibus, ad nos post confessionem venit. Quia portæ mortis idcirco vocatae sunt; quia profecto via ad interitum per iniquas semper cogitationes aperitur. Quod adhuc replicatur, cum subditur: [Et ostia tenebrosa vidisti?] Tenebrosa namque ostia sunt latentia mentis mala, quæ & haberi intrinsecus possunt, & tamen ab altero videri non possunt. Quæ tamen Dominus cernit, quando ea occulto respectu gratiae destruit. Scriptum quippe est: Rex qui sedet in solio judicij, dissipat omne malum iniuriam suum. Et quia omne vitium angustat, omnis vero virtus animum dilatat, post destructa via rectè subjungitur: [Numquid considerasti latitudinem terræ?] Nisi virtus animum dilataret, nequaquam Paulus Corinthiis diceret: Dilatannim & vos, & nolite jugum ducere cum infidelibus. Solerter vero intuendum est quod dicitur: [Considerasti latitudinem terræ?] Latitudo namque bonorum interiorum nequaquam comprehenditur, nisi caute consideretur. Nam plerumque eos exterrit inopia humiliat, pena crucifixus angustat; sed tamen inter haec semper interior fortitudo se usque ad speranda cœlestia dilatat. Angustati Apostoli exterius fuerant, quando flagella sustinebant: sed in magna stabant intus latitudine liberi, qui apud haec eadem flagella in gaudium verterant. Scriptum namque est: Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hanc latitudinem inter angustias Paulus invenerat, qui dicebat: Scire autem vos volo fratres, quia qua circa me sunt, magis ad prefatum venerunt Evangelij, ita ut vincula mea manifesta fierent in omni pretorio. Hanc latitudinem David inter angustias obtinebat, dicens: In tribulatione dilatasti me. Tunc itaque haec terra, id est, sanctorum conscientia dilatatur, cum mundi hujus adversitatibus exterius premitur. Nam cum à praesentis vita securitate repellitur, intus ad se impingitur, ut ad speranda superna tendatur. Cumque evagari exterius non permittitur, quasi in finum suum revocata dilatatur. Nos autem quae boni viri aduersa tolerent cernimus, sed intus quantum gaudent non videmus. Mensis eorum latitudinem modò in verbis, modò in operibus considerando cognoscimus, sed tamen quanta in eis amplitudo sit ejusdem latitudinis ignoramus. Audit ergo humana sapientia, & se insipientem dicat: [Numquid considerasti latitudinem terræ?] Ac si dicat, ut ego, qui flagellis cinctam, occultam iustorum lœtiā solus* planè considero, quia solus misericorditer firmo. Vel certè idcirco beatus Job, utrum terra latitudinem consideraverit, inquiritur, ut exemplo alienæ latitudinis humilietur. Ac si ei aperte diceretur: Eos, quos innumera mala praesentis vite nequeunt angustare, considera, & de statu cordis tui inter verba gloriari cessa. Sequitur.

Quod iudicia Dei nemo in hac vita intelliget, cum retro de patibulo in regnum transeat, Iudas de apostolatu mergatur in tartarium: nec quis sciat qui redant ad bonis ad mala, vel qui convertantur de malis ad bona.

CAPUT IX.

INdica mihi si nosti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit: ut ducas unumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus ejus.] Beatus Job gravi questione discutitur, ut & de via lucis, & tenebrarum loco requiratur; ut unumquodque ad suos terminos ducat, ac semitas domus ejus

A intelligat. Quid enim lucis somine, nisi justitia accipitur? & quid per tenebras, nisi iniquitas designatur? Unde quibusdam conversis à peccatorum nequitia dicitur: Eratis aliquando tenebra, nunc autem lumen in Domino. Et de quibusdam in peccato manentibus memoratur: Qui dormiunt, nocte dormiunt. 1. Thess. Beato itaque Job dicitur: [Indica mihi si nosti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit] Ac si dicatur ei: Si plenam te habebit scientiam suplicaris, dic vel in cuius corde ea, quæ nunc deest, innocentia veniat: vel in cuius corde ea quæ nunc est, malitia perseveret. [In qua via habitet lux.] id est, cuius mente veniens justitia impletat: [Cetera tenebrarum quis locus sit] id est, in quo iniquitas cœca perdere: [ut ducas unumquodque ad terminos suos,] id est, ut dijudices si vel is qui nunc iniquus cernitur, in iniquitate vitam finiat; vel is qui justus cernitur, extremitatem vita sua cum justitia perfectione concludat: [Intelligas semitas domus ejus,] id est, consideres atque discernas, vel cui bona actio perseverans aeternam mansionem praester in regno, vel quem usque ad terminum suum actio prava constringens, in aeternum damnet supplicium. Domus quippe pro mansione ponitur, semita pro actione. Semita igitur ad domum dicit, quia actio ad mansionem pertrahit. Sed quis hominum ista discussus dicat: quis ista saltem imperterritus audiat? Multos enim videmus quotidie, qui iustitia luce resplendent, & tamen ad finem suum nequitia obscuritate tenebrantur: & multos cernimus peccatorum tenebris obvolutos, & tamen juxta vitam suam terminum repente reddi luci iustitia liberos. Multos etiam novimus semel inventam viam iustitia liberatè usque ad mortem tenuisse; & plerosque conspicimus usque ad exitum corpora semel criminis fine cessatione cumulasse. Quis vero inter ista occulorum judiciorum nubila, mentis sua radium mittat, ut aliqua consideratione discernat, vel quis perduret in malo, vel quis perseverat in bono; vel quis ab infimis convertatur ad summa, vel quis a summis revertatur ad infima? Latent haec sensus hominum, nec quidquam de cuiuslibet fine cognoscitur, quia divinorum iudiciorum abyssus humanae mentis oculo nullatenus penetratur. Videmus namque quod illa adversa Deo gentilitas iustitie luce perfusa est, & Judea dudum dilecta, perfida est nocte cœcata. Scimus etiam quod latro de patibulo transfigit ad regnum, Judas de apostolatus gloria est lapsus in tartarium. Rursumque quia aliquando fortis que cœperint, non mutantur; & latronem novimus alium pervenisse ad supplicium, & Apostolos scimus percipisse propositum quod defideraverant regnum. Quis ergo dificiatur in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit, ut ducas unumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus ejus? Video Paulum ex illa persecutionis severity ad gratiam apostolatus vocatum, & tamen sic inter iudicia occulta formidat, ut reprobari se, etiam postquam vocatus est, timeat. Ait enim: Castigo corpus meum, & in servitatem redigo, ne forte alius precepit, ipse reprobus efficiat. Et rursum: Ego me philip., E non arbitror comprehendere: unum autem, que quidem retro sunt oblitus, ad ea quæ sunt priua extensis meipsum, ad destinatum sequor, ad palmam superne vocationis Dei in Christo Iesu. Sequor autem si comprehendam, in quo & comprehensus sum. Et certè jam de illo voce Dominice dictum fuerat: Vias electionis mihi es; & tamen adhuc castigans corpus suum metuit ne reprobetur. Vé miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognovimus, & jam in otio quasi de securitate torpemus. Debet profectò, debet in spe esse non solum securitas, sed etiam timor in conversatione; ut & illa certantes foveat, & iste torpentes pungat. Unde rectè per Prophetam dicitur: Qui timent Deum, p. 11, 6.

minum, sperant in Domino. Ac si aperte diceret: De spe incassum presumit, qui timere Deum in suis operibus renuit. Sed cur beatus Job de tanta valida questione requiritur, que omnino ab hominibus ignoratur, ut justorum iniquorumque terminum comprehendat, nisi ut aliorum finem cognoscere non valens, ad suum recurrat: quia sicut aliorum, sic etiam suum nesciat, & nescient timeat, timens humilietur, humiliatus jam de operibus suis extollri non debeat, & non elatus, in gratie arce persistat? Dicatur ergo ei: [Indica mihi si habes intelligentiam, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit; ut ducas unumquaque ad terminos suos.]

Ac si diceretur: Sicut qui de malis convertantur ad bona, vel qui de bonis ad mala redeant, nescis, ita etiam nec de te quid tuus meritis exigentibus agatur, intelligis. Et sicut alienum nullatenus comprehendis, ita etiam tuum terminum prenoscere non vales. Jam enim quantum ipse profeceris scis, sed quid adhuc de te ego in occulto sentiam, nescis. Jam iustitiae tuae acta consideras, sed quam distictè apud me pensatur ignoras. Vae etiam laudabili vita hominum, si remota pietate judicetur: quia distictè discussa, inde ante oculos judicis, unde se placere sufficiatur, obruitur. Unde rectè Deo per Prophetam dicitur: Non inires in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis Eccle. 9. vivens. Unde bene per Salomonem dicitur: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nesciit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: Quis hominum intelligere poterit viam suam? Et nimurum bona malave quis faciens, conscientia attestante cognoscitur. Sed idcirco dicitur, quod via sua ab hominibus nesciatur, quia etiam si recta se quisque opera ageret intelligat, sub districto tamen examine quo tendat, ignorat.

*Eccl. 9. d
Prov. 20. d*

Quod sicut nemo novit suum initium, ita nec etiam exitum.

CAPUT X.

IGITUR postquam illum de ista finis sui consideratione perterruit, ad examinandum ejus exordium redit: ac ne conqueratur cur finem suum nesciat, commemoratur etiam quia nec quo huc initio accessit, intelligat. Nam sequitur: Sciebas tunc quid nasciturus es, & numerum dierum tuorum noveras? Ac si aperte diceret: Quid mirum si terminum tuum non intelligis, qui nec initium comprehendis? Et qui ignoras quo huc initio veneris, quid mirum si nescias quo fine subtraharis? Si ergo meum fuit te per initium ex occultis ad prompta producere, meum quoque erit etiam te ex promptis ad occulta revocare. Cur de vita tua dispensatione aliquid quereris, qui in manu artificis temeritatem nesciens teneris? Extollisti tamen tanto magis non debes in eo quod agis, quanto intra sicum aeternitatis clausus, nec quo huc ordine veneris, nec quando vel quomodo hinc educaris agnoscis. Hec tamen intelligi & aliter possunt: [Sciebas tunc quid nasciturus es, & numerum dierum tuorum noveras?] Subaudit, ut ego, qui me nasciturus novi, quia & ante humanitatis ortum in divinitate semper substantialiter vixi. Homines quippe tunc esse incipiunt, cum in matrem suarum ventre nascuntur. Nam ipsa quoque conceptione nativitas dicitur, juxta Matt. 1. hoc quod scriptum est: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Et idcirco le nascituros nesciunt, quia nec priuquam creentur existunt. Deus vero qui sine initio semper extitit, praescivit de se hoc, quod in utero Virginis per initium sumpit: & quia praescivit, disposuit: quia disposuit, nihil profectum in humana forma sine sua voluntate toleravit. Con-

A vincatur ergo cur de flagellis suis homo queritur, qui ortum suum praescire non potuit, si ipse etiam qui ortum suum praesciendo dispositus, se inter homines ad flagella preparavit. Sequitur.

Quod Deus peccatores in malis congelatos, tamquam in nive, vel grandine thesauros habeat, quos à vita perversa ad medium educens, fides confinxit defensores.

CAPUT XI.

NVMQUID ingressus es thesauros niveis, aut thesauros grandinis aspexisti, que preparavi in tempus hostis, in diem pugnae & belli? Quid aliud nive vel grandine, nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda pravorum. Sicut enim fervore charitas, sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari. Scriptum namque est: Sicut frigidam facit cisterna Hier. 6. aquam suam, sic frigidam facit animam malitia sua. Et rursus: Abundabit iniquitas, & refrigerescet charitas multorum. In frigore ergo niveis, vel in duritia grandinis quid accipi aptius potest, quam vita pravorum, qua & per torporem frigescit, & per duritiam malitiam percutit? Quorum tamen vitam Dominus tolerat, quia eos ad justorum suorum probationem servat. Unde & rectè subjunxit: [Quo preparavi in tempus hostis, in diem pugnae & belli.] Ut cum adversarius noster diabolus tentare nos nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis utatur. Per ipsos quippe nos levians cruciat, sed nesciens purgat. Peccatis namque nostris ipsis flagella fiunt, de quorum tali vita dum percutimur ab aeterna morte liberarum. Unde agitur ut electorum vita proficiat etiam perdita vita reproborum, & utilitati nostra dum illorum perditio militat, mira dispensatione fiat, quatenus electis Dei non pereat etiam omne quod perit. Intelligi hoc quoque alter potest, ut quia verbis praecedentibus videtur annexum, à superioris verbi expositione non discrepet. Nam quia indicaverat vel bonos ad malum, vel malos ad bonum posse converti, illico secutus adjunxit: [Numquid ingressus es thesauros niveis, aut thesauros grandinis aspexisti, que preparavi in tempus hostis, in diem pugnae & belli?] In nive vel grandine frigida, vel dura, ut dictum est, accipimus corda pravorum. Sed quia omnipotens Deus sanctos suos de talibus elegit, & quam multos electos adhuc inter pravorum vitam repositos habeat novit, aptè in nive, vel grandine thesauros habere se prohibet. Thesaurus quippe dicitur: id est in positione nominatur. Et plerosque in vita frigida diu latentes respicit, quos ad medium, cum iubet, producit, & iustitiae nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Scriptum quippe est: Lavabis me, & ps. 50. super nivem dealabor. Quos ad diem belli pugnare que preparatos, diu intra suæ præscientiae sinum tegit; sed cum repente eos eduxerit, resistentia adversariorum pectora illorum verbis ac redargutionibus, quasi quibusdam grandinibus percussit. Unde alias scriptum est: Praefullore in conspectu ejus nubes transiunt, grando & carbones ignis. Praefullore enim nubes transiunt, quia prædicatores sancti universa mundi spatia miraculorum claritate percurrent. Quietiam grando & carbones ignis vocati sunt: quia & per correctionem ferunt, & per flammarum charitatis accidunt. Ipsa quoque libera sanctorum increpat, natura grandinis convenienter exprimitur. Grando enim veniens percutit, liquat rigat. Sancti autem viri corda audientium & terrentes ferunt, & blandientes infundunt. Nam quemadmodum feriant, Prophetæ testatur, dicens: Virutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Et quemadmodum blandientes rigent, secutus adjunxit: Memoriam abundantiam suam, tanta exultabunt, & iustitia tua exultabit. Ibid. Ggg iiij

In nive ergo vel grandine habentur thesauri: quia plerique iniquitatis torpore frigidū, à superna gratia assumpti, in sancta Ecclesia justitiae luce fulgeant, & pravam adversariorum scientiam doctrinā suā ieiibus tundunt. Unde & aptè subditum est: [Quae preparavi in tempus hostis, in diem pugnae & bellorum.] Nix quippe, vel grande fuerat Saulus per frigidam insensibilitatem: sed nix & grando contra adversariorum pectora factus est, vel candore justitiae, vel disticti eloquij correptione. O qualem hunc thesaurum in nive & grandine habuit, quando illum inter pravorum vitam positum, jam tunc eleētum suum Dominus latenter vidit! O ad quanta adversariorum pectora ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentia corda prostravit! Nemō itaque de suis operibus extollatur, nemo despiceret eos, quos adhuc frigidos videt: quia thesauros Dei in nive & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte ejus omnium lapidantium vestimenta servavit? Si ergo ad ista dona, vel judicia occulta recurrimus, nullos omnino desperantes, nec illis nos in corde nostro praeserimus, quibus pro tempore prælati sumus: quia etiā jam videmus quantum præcessimus, nescimus quantum cùm currere cœperint, præcedamus. Bene ergo ad beatum Job dicitur: [Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aperiisti, que preparavi in tempus hostis, in diem pugnae & bellorum?] Ac si aperte diceretur: Nulli te de operibus tuis præferas: quia de his, quos intueris adhuc per culpam frigidos, quantos operatores justitiae, & defensores recte fidei sim facturus, ignoras. Quod quia per adventum mediatoris agitur, recte sub jungitur.

Quod sparsis per mundum fidei predicatoribus, astus persecutionis incaluit.

CAPUT XII.

Per quam viam spargitur lux?] Ipse quippe via est, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. Per hanc ergo viam lux spargitur, quia per ejus præsentiam cuncta Gentilitas illustratur. Spargitur autem convenienter dixit, quia per Apostolorum voces non angustata atque coarctata, sed latè fulgens Dux prædicationis emicuit. Quia vero accepta luce conversionis, inardescit intrinsecus vis amoris, vel transfacta malā anxiè lugentur, vel ventura bona flagrantissimè requirantur, competenter adjungit: [Dividitur astus super terram.] Sparsa enim luce astus super terram dividitur: quia per apertum justitia prædicta, ad requirendum Deum cordis anxietas in virtutum exercitatione dilatatur, utisse in sermone sapientiae, ille in sermone scientiae fulgeat: hic in curationum gratia, ille in virtutum operatione convalefacat: & dona sancti Spiritus dum dispariliter singuli accipiunt, necessariò sibimet juncti omnes unanimiter accendantur. Sed postquam spargi lux dicitur, potest convenienter intelligi quod per astum persecutio designatur: quia ut lux prædicationis claruit, mox a perfidorum cordibus ardor persecutio exarsit. Nam quod per astum persecutio exprimitur, Dominicus sermo testatur, de jactatis seminibus super petrofam terram dicens: Matt. 13. Sole orto astuaverunt omnia, & quia non habebant radicem, aruerunt. Quod paulo post cum exposuit, astum persecutionem vocavit. Sparsa igitur luce astus super terram divisus est, quia clarecente vita fidelium, accentu est crudelitas perfidorum. Divisus namque astus erat, quando nunc Hierosolymis, nunc Damasci, nunc in aliis longè regionibus persecutio leviebat. Scriptum quippe est: Facta est in illa die persecutio magna in Ecclesia, que erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudea.

A & Samaria. Rursumque scriptum est: Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petit ab eo epistolas, quas deferret in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus viae viros ac mulieres, vinclis deduceret in Hierusalem. Quia ergo nunc hic, nunc illuc persecutio excreverat, hi qui lucem veritatis agnoverant, quasi sub ardore divisi astus anhelabant. Sed quia beatum Job de occultis judiciis requisitus superioribus dictis audivimus: oportet ut hoc quod de sparsa luce, vel diviso astu dictum est, subtilius perscrutemur. Adhuc enim alta interrogatio discutitur, utsaltem quia nesciat docetur, eique dicatur: [Per quam viam spargitur lux, dividitur astus super terram?] Quid enim lucis nomine, nisi justitia designatur? De qua scriptum est: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnum. Omne autem quod spargitur, non continuè, sed sub quadam intermissione jaclatur. Et idcirco spargi lux dicitur, quia etiā jam quedam ut sunt peripicimus, quedam tamen ita ut videnda sunt, non videmus. Cor namque Petri lux sparsa tenuerat, qui tanto fidei, tanto miraculorum fulgore claruerat, & tamen conversis gentibus dum circumflexionis pondus imponeret, quid rectum diceret neficebat. Lux ergo in hac vita spargitur, quia ad omnium intelligentiam continua non habetur. Dum enim aliud sicut est comprehendimus, & aliud ignoramus, quasi sparsa luce & ex parte cernimus, & in obscuritate ex parte remanemus. Tunc vero lux nobis sparsa jam non erit, quando mens nostra ad Deum funditus rapta fulgefet. Et quia haec eadem lux quibus modis humano cordi insinuetur ignoratur, rectè in percundatione dicitur: [Per quam viam spargitur lux?] Ac si aperte diceretur: Dic quo ordine justitiam meam occultis finibus cordium infuso, cùm & per accessum non videor, & tamen visibilia opera hominum invisibiliter immuto, cùm unam eademque mentem modo hac, modo illa virtute irradio, & tamen per sparsam lucem adhuc ex parte aliqua eam in tentationis rebus remanere permitto. Requiratur homo nesciens, per quam viam spargitur lux; ac si patenter dicatur: Dum dura corda emollio, dum rigida infldeo, dum aspera mitigo, dum frigida accendo, dum debilia roboro, dum vaga stabilio, dum nuntianta confimo, intuere si vales incorporaliter venies, quibus ea meatibus illustro. Hac quippe omnium nos facta cernimus: nam qualiter intrinsecus efficiantur, ignoramus. Hanc viam lucis esse nobis invisibilis, in Evangelio Veritas ostendit, dicens: Spiritus ubi vult spirat; & vocem eius audis, & ian. 3. nescis unde veniat & quo vadat. Sed quia cùm lux spargitur, mox ab occulto adversario contra fulgentem mentem tentamenta succrefcent, rectè sub jungitur: [Dividitur astus super terram.] Hostis namque callidus quis justitia luce enitefcere conspicit, corum mentes illicitis desideriis inflammare contendit, ut plerumque plus se urgeri tentationibus sentiant, quācum tunc cùm lucis internæ radios non videbant. Unde & Israëlitæ postquam vocati sunt, contra Moysæ & Aaron de excrescente labore conqueruntur, dicentes: Videat Dominus & Exod. 5. iudicet, quoniam facte fecisti odorem nostrum coram Pharaone & servis ejus, & prabuisti ei gladium, ut interficeret nos. Volentibus quippe ex Aegypto discedere, Pharaos palcas subtraxerat, & ramen ejusdem mensuræ opera requirebat. Quasi ergo contra legem mens submurmurat, post cuius cognitionem tentationum stimulus acriores portat: & cùm sibi labores crefcere conspiciat, in eo quod adversatio displiceret, quasi fortore se in oculis Pharaonis dolet. Post lucem ergo astus sequitur, quia post illuminationem divini munera, tentationis certamen augetur. Rectè vero etiam dividi astus dicitur;

quia nimur non singuli omnibus, sed quibusdam vicinis ac juxta positis vitiis fatigantur. Prūs enim consperionem uniuscujusque antiquus adversarius perficit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius namque latus, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quod ergo occultus adversarius facilè capiat, vicinas conperfitionibus deceptio-nes parat. Quia etenim latitiae voluptas juxta est, latus moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facilè labitur, tristibus poculum discordia porrigit. Quia timidi supplicia formidant, paventibus terrores intentat. Et quia elatos extollit laudibus conspicit, eos ad queque voluerit blandis favoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis convenientibus insidiatur. Neque enim facilè captivaret, si aut luxuriosis premia, aut avaris scorta propone-ret, si aut voraces de abstinentia gloria, aut abstinentes de gula imbecillitate pularet, si mites per studium certaminis, aut iracundos capere per favorem formidini quereret. Quia ergo in tentationis ardore callide singulis insidiatur, vicinos moribus laqueos abscondit, recte dicitur: [Dividitur aëstus super terram. Sed cùm præmittitur: [Per quam viam spargitur lux;] statimque subiungitur: [Dividitur aëstus super terram;] nimur per eandem viam, per quam lux spargitur, etiam dividitur aëstus indicatur. Alta quippe atque incomprehensibilis Spiritus sancti gratia, cùm luce sua nostras mentes irradiat, etiam tentationes adversarij dispensando modificat, ut simil multæ non veniant, aut ipse tantummodo quæ ferri possunt, illustratam jam à Deo animam tangant; ut cùm tactus sui ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant; ^{1.Cor.10.} Paulus attestante qui ait: Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed facies cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere. Hunc ergo aëstum alter dividit callidus supplantor, alter misericors conditor. Ille dividit ut per illum ciuitas interimat, iste ut cum tolerabilem reddat. Et quia cùm tentatione fatigamur, non solum interno Dei spiritu instruimur, sed etiam exterioribus prædicantibus verbis adjuvamur, recte post divisum aëstum subeditur.

Quod Evangelica tonitrua, & nubes Apostolica doctrina currunt usque ad fines terra, nec impediri potuit ab hominibus consilium Dei.

CAPUT XIII.

^{15.} **Q**uis dedit vehementissimo imbre cursum? Si verò, ut superius diximus, divisi aëstus nomine illa in Judæa regionibus persecutio designatur, quia ipsa persecutio asperitas prædicatores sanctos superno munere adjutos, à prædicationis sua ministerio nullo timore compescuit, aptè subiungit: [Quis dedit vehementissimo imbre cursum?] Ac si diceret, nisi ego. Diviso enim aëstus, cursum vehementissimo imbre dedisse, est inter ipsas persecutio angustias prædicationis impetu roborasse: ut tanto magis virtus prædicantium cresceret, quanto magis persecutio crudelitas obviaret: quatenus arentia corda audientium pluvie guttis infunderent, & sic citatem perfida uberioris irritabat; ut quamvis contra eos sevirat aëstus candesceret, per eos tamen vox gracie non taceret. Hunc persecutionis aëstum

^{2. Tim.} Paulus & tolerabat & irrigabat, cùm diceret: Laboro usque ad vincula, quasmalè operans: sed verbum Dei non est alligatum. De hoc imbre alias dicitur: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbre. De hoc cursu imbris, qui in electorum cor-dibus agitur, Psalmista testatur, dicens: Velociter currit sermo ejus. Plerumque verò imber est, & cursum non habet: quia prædicatio ad aures venit, sed cessante interna gratia, ad corda audientium non pertransit. De cuius prædicationis verbis prop-

A ter elec̄tos dicitur: Etenim sagittæ tua periransierunt, Ps.75.4 Sagittæ quippe Dei pertransierunt, quando verba prædicationis ejus ab auribus ad corda descendunt. Quod quia solo divino munere agitur, imbi cursum Dominus si dedisse testatur. Sed notandum video, quod eundem imbre non vehementem, sed vehementissimum vocat. Imber vehemens est vis magna: imber verò vehementissimus, vis immensa prædicationis. Vehemens namque imber erat, cùm prædicatores sancti credere gaudia æternas suadebant. Imber autem vehementissimus quando propter spem admonebant rem deseriri, cuncta visibilia propter invisibilia contemni, & propter auditu gaudia, præsentis sæculi pœnas cruciatuque tolerari. Sed cùm fide cognita seviente æstu persecutionis, tot elec̄ti possella reliquerunt, carnalis affectus obliti sunt, & præ gaudio spiritus in cruciatibus membra posuerunt: quid aliud Dominus fecit, nisi etiam vehementissimo imbi cursum præbuit, qui usque ad exequenda summa præcepta per verba corporis invisibilia cordis irrigavit? Ubi & aptè subiungitur: [Et viam sonantis tonitru.] ^{16.}

Quid enim per tonitruum, nisi prædicatio superni terroris accipitur? Quem terror dum percipiunt humana corda, quatuntur. Aliquando verò in tonitruo ipse incarnatus Dominus figuratur, qui ex antiquorum patrum convenienti propheta ad notitiam nostram quasi ex nubium concusione prolatus est. Qui inter nos visibiliter apparens, ea quæ super nos erant, terribiliter sonuit. Unde & ipsi sancti Apostoli de ejus gratia generati, Boanerges, ^{Marc.3.}

C idest filii tonitruis sunt vocati. Aliquando autem, si

cicut dictum est, tonitruis ipsa ejus prædicatio accipitur, per quam supernorum judiciorum terror auditur. Sed quia qualibet prædicator verba dare auribus potest, corda verò aperire non potest: & nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus prædicantium verbis ad corda audientium invisibiliter aditum præstet, incallum prædicatio aucte audientis percipitur, qua pervenire ad intimam corde surdo prohibetur: se Dominus viam sonantis tonitrui dare asserit, qui cùm prædicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus prædicator egregius, dum superna mysteria terribiliter infonaret, se à se habere non posse conspiciens, discipulos admonebat, dicens: Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi, ad loquendam mysterium Christi. Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysteriis à Domino aperiri ostium precabatur, habebat quidem iam tonitruum, sed dari ei defuere viam querebat. Hanc viam nequaquam se Joannes dare posse cognoverat, qui dicebat: Non necesse habebis ut aliquis doceat vos, sed in iunctio ejus daret vos de omnibus. ^{1. Ioan. 2. d.} Hanc viam rursum Paulus quis daret, intimabat, dicens: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Accepta bigitur viā quid iste imber ac tonitruis agat, audiatur. Sequitur.

^{Coloff.4.}

D *Quod gentibus ad fidem Christi conversis plebs Iudaica siccari rodens legis stipulas, ad viritudinem spiritualis intellectus pervenire non prevalens, in sua cœitate permanet.*

CAPUT XIV.

VT plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur. Super terram absque homine in deserto pluere, est verbum Gentilitati prædicare. Quæ dum nullum cultum divinitatis tenuit, nullamque in se speciem boni operis ostendit, videlicet desertum fuit. In qua quia legislator non fuit, & quirationabiliter Deum quereret non fuit, quasi hominum nullus fuit, & velut solis bestiis occupata, vacua à mortalibus ex-

*Ez. 43. c
Psl. 106. d
17.*

titit. De hac deserti terra aliàs dicitur: *Pofuit in deſerto viam.* De hac predicatione Gentilitati concessa Psalmita testatur, dicens: *Pofuit flumina in deſerto.* Notandum verò est, quòd postquam ætus super terram divisus est, cursum vehementissimus imber accepit, ut in deserto plueret: quia postquam in Iudæa apertis persecutionis inhorruit, ut non solum fidem minime recipere, sed etiam eam gladiis impugnaret, ad Israël missus quisque prædictor, ad evocandas gentes deflexit. Unde sancti Apostoli Hebreis per frequentibus, quos deserunt, dicunt: *ad. 13. g Vobis oportebat primum loquere verbum Dei: sed quia repelliſis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vi- tæ, ecce convertimur ad gentes.* Diviso igitur æstu, deserta & absque homine terra compluitur; quia dispersa in Iudæa regionibus persecutione fidelium, derelicta dudum & quasi ab infusione rationis aliena, predicationis guttis Gentilitas irroratur. Quia Gentilitas qualis adhuc à prædicatoribus si inventa ostenditur, cùm subditur: [*Vt impleret inviam & defolatam*] Quid verò compluta reddidit, monstratur, cùm illico adjungitur: [*Ei produceret herbas virentes.*] Invia namque dudum Gentilias fuit, ad quam via Dei verbo non patuit. Redemptore quippe nostro veniente, sic accipit vocacionem gratiæ, ut non in ea prius fuerit via prophetæ. Desolata etiam rectè vocata est: vel ratione videlicet consilii, vel fructu boni operis desituta. Dedit ergo Dominus vehementissimo imbi cursum, & viam sonantis tonitru, ut in deserto plueret, & impleret inviam & defolatam, & produceret herbas virentes: id est, exteriori predicationi internam aspirationem contulit, ut corda Gentilium arietantia virescerent, clausa patecerent; inania completerent, infecunda germinarent. In Scriptura enim aliquando herba viror gloriæ temporalis accipitur, aliquando refectio diaboli, aliquando sustentatio prædicatorum, aliquando bona operatio, aliquando aeternæ vite scientia atque doctrina. Viror namque gloria temporalis accipitur, sicut Propheta ait: *Mane sicut herba tranſeat, mane floreat & pertranſeat.* Mane namque sicut herba florere atque transire, est in prosperitate hujus sæculi, temporalis gloriæ decus velociter aſcere. Herba, refectio diaboli accipitur, sicut de illo à Domino dicitur: *Huic mones herbas ferunt.* Ac si diceret: Superbi ac tumidi dum se illicitis cogitationibus atque actionibus effuerint, suis illum iniquitatibus pascunt. Herba sustentatio prædicantium demonstratur, cùm dicitur: *Producit in montibus fenum, & herbam servitum hominum.* In montibus quippe fenum, & servitum hominum herba producitur, cùm sublimis hujus sæculi ad fidei cognitionem vocati, sanctis prædicatoribus in hujus vita itinere transitoria alimenta largiuntur. Herba, bona operatio ponitur, sicut scriptum est: *Gen. 1. b Gerinet terra herbam virentem.* Quod licet in conditione mundi ita historicæ factum teneamus, terram tamen Ecclesiam figurasse non inconvenienter accipimus, quæ in eo germinavit herbam virentem, in quo ad verbum Dei secunda misericordiae opera protulit. Herbam aliquando scientiam arque E doctrinam aeternæ viriditatis accipimus, sicut per Hieremiam dicitur: *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.* Quo dicto superba ac nequissima Iudeorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro virulentâ cogitatione vocati sunt. Qui steterunt in rupibus; quia non in Deo, sed in summis potestibus hujus mundi confisi sunt dicentes: *Iob. 19. Regem non habemus nisi Casarem.* Traxerunt ventos quasi dracones; quia spiritu elationis inflati, superbiā malitiosā tumuerunt. Defecerunt oculi eorum; quia scilicet spes eorum ab eo quod inten-

A debat, corruit. Qui temporalia diligens, præstolari aeterna neglexit: & terrena, ideo quia Deo præposuit, amisit. Dixerunt enim: *Si dimittimus eum Iob. 11. sic, omnes credent in eum, & vident Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Timuerunt ne locum non occiso Domino perderent, & tamen occiso perdiderunt. Sed cur ista miseria evenierint, subdit: *Quia non erat herba;* id est, quia eorum cordibus defuit aeternitatis scientia, & nullo eos refecit pabulo viriditatis internæ doctrina. Hoc igitur loco quid aliud virentes herbas, nisi sanctæ doctrinae scientiam, vel congruas operationes accipimus? Deserta igitur terra compluitur, ut ab ea virentes herbas producantur: quia dum sanctæ prædicationis imbre Gentilitas percepit, & vitæ opera & doctrina verba germinavit. Ista viriditas voce prophetica deserta terra pollicetur, cum dicitur: *In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, Ez. 31. oritur viror calami & junci.* Quid enim per calatum, nisi predicatoris: quid per juncum, qui iuxta aqua humorem semper nascitur, nisi pusilli ac teneri auditores sacri eloquij designantur? In draconum ergo cubilibus viror calami & junci oritur, quia in eis populis, quos antiqui hostis malitia posidebat, & doctorum scientia, & auditorum obedientia coacervatur. Hæc tamen, quæ generaliter de Gentilitate dicitur sunt, si solerter inspicimus, intra sinum sanctæ Ecclesiæ agi in singulis videamus. Sunt enim plerique ad verba Dei valde insensibiles, qui fidei quidem nomine consentur, verba vite auribus audiunt, sed ea transire uideant ad interna cordis minimè permittunt. Hi quid aliud quam deserta terra sunt? Quæ scilicet terra hominem non haberet, quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortalium in hac terra commoratur: quia & si quando in eorum conscientia rationabilium sensuum cogitationes veniunt, non persistunt. Prava enim desideria in eorum cordibus sedem inveniunt, recta verò si quando venerint, ac si impellantur, decurrunt. Sed cùm misericors Deus imbi suo cursum, & sonanti tonitru viam dare dignatus, compuncti per internam gratiam verbis vite aures cordis aperiunt. Et impletur terra invia: quia dum præbet aditum verbo, cumulatur mysterio. Et producunt herbas virentes: quia per gratiam compunctionis infusa, prædicationis verba non solum liberenter recipit, sed etiam ubertim reddit: ut quod audire non poterat, jam loqui concupiscat: & quæ non audiendi etiam intrinsecus aruerat, jam loquendo quæ sancta sunt, viriditate sua quolibet esurientes pascat. Unde bene per Prophetam dicitur: *Emitte spiritum tuum & creabitur, & renovabis faciem terra.* Sic enim sic facies terræ virtute renovationis immutatur, dum secca dudum mens, gratia veniente compluitur, & post ariditatem præstinam quasi productis herbis, scientiæ viriditate vestitur. Quæ conditoris nostri gratia adhuc nobis altius commendatur, cùm subditur.

Quod à Deo Patre & gratia est & doctrina, & ipse omnis creatura sit conditor, non tantum hominum, sed Angelorum: non tantum sanctorum Angelorum, sed malignorum spirituum.

CAPUT XV.

*Q*uis est pluvia pater? vel quis genuit flillas ro-
ris?] Ac si diceret, nisi ego, qui sicciam ter-
ram humani cordis, gurtis scientiæ gratuitè al-
pergo. De hac enim pluvia aliàs dicitur: *Pluvian* *ps. 67. b*
voluntariam segregabis Deus hereditati tue. Vo-
luntariam quippe pluviam hereditati suè Dominus
segregat, quia non eam nobis pro nostris meritis,
sed pro suè munere benignitatis præstat. Et idcirco
hoc loco pater pluvię dicitur, quia superna nobis
prædicatione non de nostro merito, sed de ejus gratia
generatur.

generatur; *Stille enim roris, ipsi sancti prædicatores sunt, qui arva pectoris nostri inter mala virtus præsentis, quasi inter tenebras siccæ noctis aenaria, gratia supernæ largitatis infundunt.* De his stillis contumaci *Judeæ dicitur: Propterea prohibita sunt stille pluviarum, & serinus imber non fuit.* Ipsæ quippe stillæ roris sunt, qua stille pluviarum. Quando enim dispensatione aliqua prædicationem temperant, quasi rorem tenerum aspergunt. Quando vero ea quæ de supernis sentiunt, virtute qua prevalent loquuntur, quasi ubertim manantem pluviam fundunt. Rorem aspergebat Paulus, cum Corinthis diceret: *Nor enim iudicavi scire me aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.*

Et rufum pluviam manabat, dicens: Os nostrum patet ad vos o Corinthis, cor nostrum dilatarium est.

Hinc est, quod Moyles, qui & valida fortibus, & tenera infirmis dicturum se neverat, dicebat: *Expecto sicut pluvia eloquum meum, & descendenti sicut ros verba mea.* Sed ecce audiuius quo munera Gentilitas vocatur: audiamus nunc qua distictione Judea repellitur. Audivimus quomodo deserte excolat, arentia infundat: audiamus nunc quomodo ea qua quasi videntur interna, projiciat. Neque enim sic colligit electos, ut non etiam judicet reprobos: neque sic quibusdam culpas relaxat, ut non & in quibusdam feriat. Scriptum quippe

b. Eccl. 5. pe est: Misericordia enim & ira ab illo. Unde hic quoque postquam tot dona gratia intulit, etiam ira sua iudicia non abscondit.

Nam sequitur: [*De eius uero egressa est glacies, & gelu de celo quis genuit?*] Quid enim aliud in gelu vel glacie, nisi frigida & perfida torpore constricta accipiunt corda Judeorum? Qui quondam per acceptiōem legis, per custodiā mandatorum, per ministeria sacrificij, per mysteria prophetarum, sic intra sūnum gratiae, quasi intra uterum creatoris habebantur. Sed quia veniente Domino confricti frigore perfida, fervorem fidei & charitatis amiserunt, à secreto gratiae sūni projecti, quasi glacies de utero creatoris egressi sunt. [*Ei gelu de celo quis genuit?*] Quid hūc aliud cælum, nisi sublimis debet intelligi vita sanctorum: cui cælo dicitur: *Attende cælum, & loquar. Non enim insensibili, sed rationabili creaturæ loquebatur.*

De hoc cælo Dominus ait: *Cælum mihi sedes est.* De qua fede alias scriptum est: *Anima justi, sedes sapientia est.* Quia ergo sapientia est Deus, si sedes Dei cælum est, & anima justi sedes est sapientia, cælum est utique anima justi. Cælum fuit Abraham, cælum Isaac, cælum Jacob. Sed quia persecutores Domini pontifices Judeorum perfida torpore frigidæ, di illorum patrum progenie processerunt, quasi de celo gelu exit, quia de sublimi prole sanctorum processit frigida plebs infiduum. Cum enim de Abraham natus est Caïphas, quid aliud nisi gelu de celo processit? Quod tamen gelu idcirco Dominus genuisse se dicit, quia Judeos, quos naturaliter ipse bonos condidit, justo iudicio per eorum malitiam frigidos à se exire permisit. Dominus enim auctor est naturæ, non culpae. Genuit ergo creando naturaliter, quos iniquos permisit vivere tolerando patienter. Et quia illa quondam tenera ac fidei penetrabilia corda Judeorum, in perfidia postmodum obstinatione durata sunt, reæ subiungitur: [*In similitudinem lapidis aquæ durantur.*] Aquas enim populos accipi, jam sèpius edocuisse inc memini. In lapide vero pro ipsa duritia aliquando Gentiles populi designantur. Ipsa quippe lapides coluerunt. Et de his per Prophetam

r. 113. b. Etum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidant in eis. Unde Joannes Judeos aspiciens se de stemmate generationis extollere, & Gentiles prævidens ad Abrahæ problem fidei cognitione transire, ait: *Ne velitis dicere intra vos, Patrem*

S. Greg. Tom. I.

A habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Lapidæ utique, duros perfidiâ Gentiles vocans. Quia ergo primum Judeæ Deo credidit, Gentilitate omni in perfidie sua obstinatione remanente; postmodum vero ad fidem Gentilium corda molliata sunt, & Judæorum infidelitas obdurata, bene datum est: [*In similitudinem lapidis aquæ durantur.*] Ac si diceret: Illa mollia ac penetrabilia fidei corda Judæorum, in insensibilitatem vertuntur gentium. Cum enim misericors Deus gentes traxit, iratus Judæam repulit. Atcumque est, ut sicut diudum ad percipiendam fidem Gentilitas fuerat obdurata, ita postmodum ad fidem Gentilitate suscepta, Judææ populus perfidæ torpore duresceret. Unde Paulus Apostolus eidem Gentibus dicit: *Sicut aliquando vos non creditis Deo, nunc autem misericordiam confessi estis propter illorum incredulitatem: ita & isti non crediderunt in vestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur.* Conclusat enim Deus omnia in incredulitate; ut omnium misereatur. Quam sententiam suam primùm quidem de vocatione Judeorum, & repulsione Gentium: postmodum vero de vocatione Gentium, & repulsione Judeorum subtiliter pensans; seque occulta Dei iudicia comprehendere non posse considerans, exclamando subiunxit: *O altius divitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilis sunt iudicia ejus, & investigabiles via ejus!* Unde hic quoque cum de Judeorum perfidia Dominus diceret: [*In similitudinem lapidis aquæ durantur;*] ut de repulsione eorum occulta esse sua iudicia demonstraret, aperte subiudit: [*Et superficies abyssi constringitur.*] Quia superjecto quodam ignorantie nostra velamine, incomprehensibilitatem divini iudicij humanae mentis oculus nullatenus penetrat. Scriptum quippe est: *Iudicia tua abyssus multa.* Nemo ergo perscrutari appetat, cur cum aliis repellitur, aliis eligatur: vel cur cum aliis eligitur, aliis repellatur: quia superficies abyssi constringitur, & attestante Paulo: *Inscrutabilia sunt iudicia ejus, & investigabiles via ejus.* Per hoc vero quod dictum est: [*De eius uero egressa est glacies, & gelu de celo quis genuit?*] etiam satan in gelo & glacie nil obstat intelligi. Ipse quippe quati de Utero glacies processit; quia a calore secretorum ejus, malitia torpore frigidus, magister iniquitatis exivit. Ipse gelu de celo est genitus: quia constricturus corda reprobrum, à summis cadere est ad ima permisus. Qui bene in caeléstibus conditus, in culpe frigore mentes sequacum quasi gelu dum * cecinit, adstrinxit. Qui ad terram veniens, quid in hominibus egerit, expletus cum subditur: [*In lapidis similitudinem aquæ durantur.*] Per aquas namque populi, per lapidem vero ejusdem satanæ duriæ designatur. Illo igitur ad ima veniente in similitudinem lapidis aquæ durata sunt; quia ejus malitiam imitati homines, mollia viscera charitatis amiserunt. Cujus fraudulenta consilia quia à seductis hominibus comprehendi non possunt, rectè subiungitur: [*Et superficies abyssi constringitur.*] Aliud quippe ei intrinsecus latet, arque aliud extrinsecus ostendit. Transfigurat enim te velut angelum lucis, & callida deceptionis arte plerumque proponit laudabilia, ut ad illicita pertrahat. Abyssi ergo superficies constringuntur: quia dum quasi bona persuasionis ejus species velut solida desuper glacies ostenditur, in profundo latens ejus malitia non videtur. Cumcta tamen haec intelligere & alter possimus, si moraliter exquiramus. Mentes namque hominum omnipotens Deus dum in suo timore format, quasi concipit, easque ad apertas virtutes, dum provehit, gignit: sed si de acceptis virtutibus extolluntur, relinquit. Et sèpe quoddam cognovimus malorum suorum Hh h

consideratione compungi, divini terroris pavore fervescere, & per pavoris exordia usque ad virtutum summa pervenire; sed dum de eisdem virtutibus quas accipiunt, extolluntur, inanis gloria laqueo adstricti, ad antiquum torporem redeunt. Recte ergo cum tales Dominus proicit, dicit: [De cuius utero egressa est glacies?] Quasi enim de Dei utero glacies egreditur, quando hi qui jam intus incaluerant, ex virtutum dono frigescunt: & inde exteriorum gloriam torpentes appetunt, unde ad interna diligenda ardentius flagrare debuerunt. Dumque iste signis, ille scientia, iste prophetia, ille magnis operibus pollet, atque per haec dona placere hominibus appetit; omne quod prius intimum caluerat, exteriorum laudem diligens, in torpore vertit. Quasi ergo glacies de utero egreditur, dum post donorum beneficia à visceribus pietatis supernæ separatur. An non sunt glacies, qui in virtutibus quas accipiunt, laudes ab hominibus querunt? Et tamen venienti iudici dona sua ad ejus memoriam revocantes, dicunt: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed quomodo hanc glaciem Dominus proicit ostendit, dicens: Nescio vos unde sitis, discedite a me omnes operari iniquitatis. Hanc glaciem nunc in utero Dominus portat, quia intra sinum Ecclesie tolerat. Sed tunc aperte ejicit, cum tales à secretis celestibus per extremum & publicum iudicium repellit. His itaque verbis quid aperte agitur, nisi ut beatus Job de summis suis virtutibus humilietur; ne in hoc quod bene vivendo caluerat, superbiendo frigescat, & à divinitatis utero repulsi exeat, si intra sinum sui cordis se tumidus extollat? Et quia justo iudicio superbas mentes ad culpam egredi ex accepta virtute permitit, recte adhuc subiungitur: [Et gelu de celo quis genuit?] Plerumque enim sacri eloquij scientiam præstat, sed dum de eadem scientia, is qui accipit, extollitur, ira disticti judicis in ipso faceto eloquio cæcatur, ut exteriores favores per illum sequens, ejus jam interna non videat; & qui intus manens calere poterat, execundo frigescat, duratusque in ima corrut, qui ad cognitionem Dei prius tractabilis in summis liquidus stebat. An factum eloquiu[m] celum non est, quod diem nobis intelligentia aperiens, sole nos iustitiae illustrat, quod dum nos vita præfentis nox continet, stellis nobis mandatorum fulget? Sed quia oportet esse heres, ut probati manifesti fiant, cum ab intellectu sano mens superba repellitur, ultione disticti judicis gelu de celo generatur: ut cum ipsa Scriptura sacra in electorum cordibus calet, eos qui se superbè scire appetunt, à se frigidos emitat. Ibi quippe errant, ubi corrigere errata debuerant; & dum à superba intelligentia resplendentis eloquij, & obdurati ipsi, & seducti ceteros, corruunt, ad ima venientes ut gelu, & alios adstringunt. Semetipsum tamen Dominus hoc gelu gignere perhibet, non quo pravorum mentes ipsi ad culpam formet, sed quo à culpa non liberat, sicut scriptum est: Ego obdurabo cor Pharaonis. Quod quia misericorditer emollire noluit, profectò distictè se obdurare nunciavit. Quia vero cum inchoata divini timoris virtus amittitur, propter humanas laudes virtutis imago retinetur, recte subiungitur: [In similitudinem lapidis aqua durantur, & superficies abyssi constringuntur.] Aquæ enim per glaciem in superficie durescunt, sed fluidæ in intimis remanent. Et quid per aquas, nisi fluxa accipimus corda reproborum? Quia cum ex proposito virtutem deserunt, fortes se in bonis operibus per hypocrismum ostendunt: dumque in intimis suis ad vitia defluunt, & foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt.

Matt.
7. c
ibid.

24.

1. Cor. xi.

Exod.
10.

[In similitudinem lapidis aqua durantur, & superficies abyssi constringuntur.] Aquæ enim per glaciem in superficie durescunt, sed fluidæ in intimis remanent. Et quid per aquas, nisi fluxa accipimus corda reproborum? Quia cum ex proposito virtutem deserunt, fortes se in bonis operibus per hypocrismum ostendunt: dumque in intimis suis ad vitia defluunt, & foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt.

Equa in similitudinem lapidis durantur, & superficies abyssi constringuntur:] quia per superductam sanctitatem speciem fluxa ac instabilis eorum conscientia hominibus tegitur. Nam cum fibimetaphysicis intrinsecus turpes sint, ante alienos tamen oculos quadam vivendi vestimenta vesteuntur. Sed ne quis haec verba Domini in bonam intelligi partem velit, debemus si etiam quærentibus adstruere, dummodo minimè judicemur, que persecutanda fuerant neglexisse. Superiori enim versu dicitur: [Quis est pluvia pater: vel quis genuit stellas rotas?] statimque additur: [De cuius utero egressa est glacies, & gelu de celo quis genuit?] Si ergo dictis praecedentibus sequens sententia non dispar sensu conjugitus, profectò & in bonam partem nobis ejus intelligentia sine obstaculo difficultatis aperitur. Terra enim cum compluitur, jactata in eam semina ferocius rigantur. Sed rursum si illam pluvia immoderatus irrigat, in culmi pinguedinem frumenti virtutem mutat. Sin vero jactatum semen post pluviam gelu premitur, quod foris citius apparere repellitur, eò intus secundius radicatur; & quod vetatur progrexi, cogitari multiplicari: quia cum ab immaturo ortu restringitur, ex conceptionis sue tarditatē laxatum ad fructum uberioris impletur. Quid est ergo quod Dominus prius quidem patrem se pluvia insinuat, postmodum verò de suo egredi utero glaciem narrat, sequē gelu gignere de celo pronunciat: nisi quod miro modo nostri peccoris terram ad suscipienda verbis semina, & prius per occultæ gratia pluviam infundit, & postmodum ne in conceptis virtutibus immoderatus profluat, disciplinâ intima dispensatio premis: ut quam acceptæ gratia pluvia irrigat, etiam discipline rigor adstringat: ne si aut antequam debet, aut plusquam necesse est conceptus virtutes proferat, fruges in herbam vertat. Plerumque enim ab inchoantibus opus bonum dum prius quam oportet ostenditur, à grano perfectionis inanit; & plerumque virtutes dum plus quam necesse est exuberant, exhalant. Unde & electorum suorum Dominus vel ante tempus desideria renuit, vel rursum in tempore ultra mensuram profectus premis: ne si aut antequam debent, aut plus quam debent, proficiant, per profectus sui magnitudinem in elationis defectum cadant. Nam cum cor post peccata compungitur, terra que arerat, infusione pluvie rigatur; & cum relatis iniuriantibus bona exequi opera proponit, quasi post infusionem semen accipit. Et plerique cum desideria sancta concipiunt, in summis jam exerceri virtutibus inardescunt; ut non solum culpa operationem non inquiet, sed nec cogitationem pulsat. Et adhuc quidem in corpore positi sunt, sed nil jam perpeti de communione presentis vite volunt: imitari per intentionem internam mentis stabilitatem appetunt, sed intervenientibus tentationibus reverberantur: ut videlicet infirmitatis suæ meminerint, & elati de virtutibus quas accipiunt, non sint. Quod dum mira discipline representatione agitur, quid aliud quam super infusam terram gelu de celo generatur? Quid aliud quam de Dei utero glacies producitur, quando de interno secreto dispensatio egreditur, & voluntates nostræ etiam in bonis desideriis frenantur? Videamus, Paulus infusa videlicet terra, quanta disciplina glacie prematur, dum ait: Velle adjacet nibi, per Rom. 7. 8 fieri autem bonum non invenio. Qui enim velle habere se afferit, jam per infusionem gratia, quæ in se lateant semina, ostendit. Sed dum perficere bonum non invenit, profectò indicat quanta illum dispensationis supernæ glacies premat. An ista

ibid. glacies eorum corda non presserat, quibus dicebat:

A *Et non quacumque vulnus, illa facias?* Ac si aper-
tè diceret: Occulta cordis vestri semiña jam pro-
dire in frugem querunt, sed superni moderaminis
gela premuntur, ut tanto post fecundiū excent,
quanto divini iudicij prementia pondera patientiū
portant. Et quia plerumque humana corda quo-
niam erumpere ad virtutes quas appetunt, non va-
lent, eo ipso quo ab intentionis sue perfectione
resiliunt, tentationum stimulis fatigantur, sed ta-
men easdem tentationes cogitationum compit-
munt, seque per exercitationis usum in quadam
vivendi rigore componunt, bene subditur: [*In
similitudinem lapidis aqua durantur*] Quia etsi
fluxæ cogitationes interius lacescant, nequaquam
ramen ulque ad consensum pravi operis trahunt.
Sed mens sub quadam duritia exterius abscondit, qui-
quid intus ex temptationis pulsatione mollescit. Un-
de & bene subjungitur: [*Et superficies abyssi con-
stringitur.*] Quia prava cogitatio & si usque ad
suggestionem venit, p̄sq̄ ad consentum non pro-
filit; quia fluctuantes motus animi superductus ri-
gor fandæ deliberationis premitt. Potest etiam in
gelu vel glacie, presentis vita adversitas designari,
qua dum aperitit sua sanctos comprimit, va-
lentiores reddit. Dum enim nos omnipotens Deus
molestii exerceri permittit, atque ad melioris vite
statum interveniente trifititia provelit, miro consi-
lio super futuram frugem gelu & glaciem gignit,
ut electus quisque in hac vita tamquam in hieme
adversa ventorum & frigorū toleraret, & velut in
extiva ferentate postmodum fructus quos hic con-
cepit, demonstraret. Unde & sponsi voce unicuique
animæ post hujus mundi turbines ad illa aeter-
nitatis amena properanti dicuntur: *Surge, propera
amica mea, fornofa mea, & veni: jam enim hiems
transit, imber abiit & recessit.* Et quia si sola no-
bis adsunt prospera, solvinunt, ad virtutes verd
melius per adversa solidam, recte subjungitur:

B *[In similitudinem lapidis aqua durantur.]* Mentes
enim, qua per prospera molliter fluxerant, con-
strictæ adversitatibus durecunt: & ad similitudinem
lapidis aqua perducuntur, quando infirmus
quisque per acceptam desuper tolerantiam passiones
sui Redemptoris imitatur. In similitudinem quippe
lapidis aqua duruerat, cum ille prius impatiens per-
secutor, postmodum Paulus dicebat: *Implo ea que
Coloss. 1. de sunt passionum Christi in carne mea.* Et quia cum
deprimitur adversa, solerūs interna dona cu-
stodiunt, recte additur: [*Et superficies abyssi con-
stringitur.*] Solet enim latitia arcana mentis aperi-
re, atque aperiendo amittere: adversa verd cùm
nos exteriori deprimit, interius cautiōes redi-
dunt. Post gelu itaque vel glaciem superficies aby-
si constringitur, quia mens nostra ad conservanda
profunda dona qua accepit, adversitatibus mu-
nitur. Abyssi enim sua superficiem Esaias con-
strinxerat, cum dicebat: *Secretum meum mibi, se-
cretum meum mihi.* Abyssi sua superficiem Paulus
constrinxerat, qui tot perculis ac adversitatibus
insudans, sub prætextu cuiusdam de semetipso lo-
quitur, dicens: *Andavit arcana verba, que non
licet homini loqui.* Et rursum: *Parco autem, ne
quis me existimes supra id quod videt in me, aut
audir aliquid ex me.* Qui igitur fortis adversa to-
lerans, ne fortasse in laudibus defluenter, arcana
sua aperire metuebat, quid aliud quam secretorum
fuorum abyssum per constrictam superficiem
presserat? Sequitur.

C *Esaï. 14. 4* *secundum dicitur: Imple ea que
Coloss. 1. de sunt passionum Christi in carne mea.* Et quia cum
deprimitur adversa, solerūs interna dona cu-
stodiunt, recte additur: [*Et superficies abyssi con-
stringitur.*] Solet enim latitia arcana mentis aperi-
re, atque aperiendo amittere: adversa verd cùm
nos exteriori deprimit, interius cautiōes redi-
dunt. Post gelu itaque vel glaciem superficies aby-
si constringitur, quia mens nostra ad conservanda
profunda dona qua accepit, adversitatibus mu-
nitur. Abyssi enim sua superficiem Esaias con-
strinxerat, cum dicebat: *Secretum meum mibi, se-
cretum meum mihi.* Abyssi sua superficiem Paulus
constrinxerat, qui tot perculis ac adversitatibus
insudans, sub prætextu cuiusdam de semetipso lo-
quitur, dicens: *Andavit arcana verba, que non
licet homini loqui.* Et rursum: *Parco autem, ne
quis me existimes supra id quod videt in me, aut
audir aliquid ex me.* Qui igitur fortis adversa to-
lerans, ne fortasse in laudibus defluenter, arcana
sua aperire metuebat, quid aliud quam secretorum
fuorum abyssum per constrictam superficiem
presserat? Sequitur.

Quād Arcturum & Pleiades Dominus jungit, cū
ad diversi mundi paribus uniuersitatem Ecclesiam, & san-
ctorum vanitatem licet diversa, una eademque in-
tentione prolata offendit.

CAPUT XVI.

N *Vinquid conjungere valebis micantes stellas
Pleiades, aurgryrum Arcturi poteris dissipare?* Pleiades stellas à *τέττανον*, id est, à pluralitate vocata sunt. Ita autem vicina sibi & divisa sunt conditæ, ut & simul sint, & tamen conjungi nequaquam possint, quatenus vicinitate quadam con-
junctæ sint, sed tamen disjunctæ. Arcturus vero
ita nocturna tempora illustrat, ut in cœli axe posi-
tus per diversa se vertat, nec tamen occidat. Neque
enim extra se currere volvit, sed in loco situs, in
cunctis mundi partibus nequaquam casurus incli-
natur. Quid ergo est, quod homo ex terra factus, *Gen. 2.*
atque in terra positus, de cælesti administratione
discutitur: quia Pleiades conjungere non valet,
quas vicinas fibimetiis conditas, & pæne conjun-
ctas videt: quia Arcturi gyrum dissipare non potest,
quem tamen cernere ipsa sua vertigine pæne dissipatum
potest? An ut in istis ministeriis auctoris po-
tentiam pensans, infirmitatis sue meminerit, &
cum, quem adhuc in majestate sua videre non po-
terat, quād sit inestimabilis, in ipsa ministeriorum
caelestium gubernatione perpendat? Sed cur ita lo-
quimur, qui stimulo rationis urgemur, ut hæver-
ba mysticis sensibus gravida, cognoscamus? Quid
enim micantes Pleiades, que & septem sunt, aliud
quam sanctos omnes denunciant, qui inter præsen-
tis vita tenebras septiformis Spiritus gratia nos lu-
mine illustrant, qui ab ipsa mundi origine usque ad
eius terminum diversis temporibus ad prophetan-
dum missi, & juxta aliquid sibi conjunctæ sunt, &
juxta aliquid disjunctæ? Stellæ enim Pleiades, sicut
suprà dictum est, vicinitate sibi conjunctæ sunt, &
tamen disjunctæ. Simil quidem sita sunt, & tamen
lucis sua variatio radios fundunt. Ita omnes sancti
aliis atque aliis ad prædicandum temporibus appa-
rentes, & disjunctæ sunt per visionem sue imaginis;
& conjunctæ per intentionem mentis. Simil micant,
quia unum prædican: sed non semetipos tangunt,
quia in diversis temporibus partiuntur. Quād diver-
sis temporibus Abel, Eläias, & Joannes apparue-
runt! Divisi quidem fuerunt tempore, sed non pre-
dicatione. Nam Abel Redemptoris nostri passio *Gen. 4. 4.*
nem significans, agnum in sacrificio obtulit, de eu-
jus passione Eläias ait: *Sicut agnus coram rondere se* *Esaï. 53.*
obmutescet, & non aperiet os suum. De quo Joa-
nes quoque ait: *Ecce agnus Dei: ecce qui rollat pec-
cata mundi.* Ecce divisi quidem temporibus missi;
& tamen concorditer de Redemptoris nostri inno-
centia sentientes, eudem agnum Joannes ostendendo, Eläias prævidendo, Abel offerendo locutus
est: & quem Joannes in ostensione, quem Eläias
in locutione, hunc Abel significando in manibus
tenuit. Quia igitur quomodo Pleiades stellæ de hu-
manitate Redemptoris sibi concinant, diximus:
nunc quomodo in ostendenda unitate Trinitatis
concorditer luceant demonstremus. Diversis quippe
temporibus huic mundo David, Eläias, & Paulus
apparuerunt; sed tamen nullus corum alteri diversum
sensit: quia ex semetipos non noverant facie, unum
tamen didicierunt ex divina cognitione. David
quippe ut auctorem omnium Deum in Trinitate of-
fenderet, dixit: *Benedicat nos Deus, Deus noster,* *Ps. 66. 4.*
benedicat nos Deus. Ac ne tertio Deum nominans,
tres Deos dixisse putaretur, illico unitatem ejusdem
Trinitatis insinuans, addidit: *Et metuant eum* *ibid.*
omnes fines terra. Qui enim non eos, sed eum sub-
didit, unum tria quæ dixerat intimavit. Eläias quo-

H h i j

que cùm laudem de unitate Trinitatis aperiret, Se-
raphim voces exprimens, ait: *Sanctus, sanctus,*
santius: ac ne tertio sanctum nominans, unitatem
divinæ substantiæ scindere videretur, adjunxit:
Dominus Deus sabbathus. Quia ergo non domini dij,
sed Dominus Deus addidit, unum existere quod
tertiò sanctum vocaverat, indicavit. Paulus quo-
que ut operationem sancte Trinitatis ostenderet,
ait: *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*.
Atque ut unitatem ejusdem Trinitatis intimaret,
protinus addidit: Ipsa gloria in secula saeculorum.
amen. Qui igitur non ipsi, sed ipsi subdidit, unum
naturaliter, tria secundum personas innovit, quod
superius tertio idipsum dixit. Quasi ergo & uno in
loco Pleiades sitæ sunt, quia de Deo concorditer
sentient, & tamen semetipsas non tangunt: quia, B
sicut dictum est, per hujus mundi tempora diversa
partiuntur. Quod bene ac breviter Ezechiel pro-
phetæ describit, qui cùm diversi generis animalia
videre se dicaret, adjunxit: *Iunctaque erant penne*
corum alterius ad alterum. Penne quippe anima-
lium alterius ad alterum junc̄tæ sunt; quia etsi dis-
similia sunt qua agunt, uno tamen eodemque sensu
sibi sanctorum voces virtutesque sociantur. Et
quamvis alius rationabiliter cuncta agendo sit ho-
mo, alius in passionibus fortis adverſa mundi non
timendo sit leo, alius per abstinentiam semetipsum
vivam hostiam offerendo sit vitulus, alius se in alta
rapiendo contemplationis volatu sit aquila: pennis
se tamen dum volant, tangunt, quia & confessio-
ne vocum, & virtutem sibi unanimitate junguntur.
Quod quia solius divina virtus est, & dis-
junctis temporibus missos in fidei predicatione
conjugere, & dissimilibus virtutibus præditos
fulgore intentionis unire, rectè dicitur, [*Num-*
quid conjugere valebis micantes stellas Pleiades?]
Ac si dicat, ut ego, qui unus omnia impleo, atque
in unitatis sensu electorum mentes implendo con-
jungo. In Arcturo autem, qui per gyrum suum no-
cturna spatha non occasus illustrat, nequaquam
particulatim edita vita sanctorum, sed tota simul
Ecclesia designatur, quæ fatigations quidem pati-
tur, nec tamen ad defectum proprii status inclinatur;
gyrum laborum tolerat, sed ad occasum cum tem-
poribus non festinat. Neque enim ad ima poli Ar-
cturus cum nocturno tempore ducitur, sed dum
ipse volvitur, nox finitur: quia nimur dum san-
cta Ecclesia innumeris tribulationibus quatitur,
præterita vita umbra terminatur; eaque stante nox
præterit, quia illa in sua incolumitate perdurante,
mortalis hujus vita percurrit. Est in Arcturo
quod consideratius possimus intueri. In septem quip-
pe stellis volvitur, & modò quidem tres ad summam
elevat, atque ad ima quatuor inclinat, modo quatuor
superius erigit, & tres inferius premit. Sancta
quoque Ecclesia cùm modò infidelibus Trinitatis
notitiam, modò autem fidelibus virtutes quatuor,
id est, prudentiam, fortitudinem, temperiam,
iustitiam prædicat, quasi rotatu prædicationis sta-
tus sui speciem quodammodo immutat. Nam cùm
quibusdam de operibus suis gloriantibus confiden-
tiam proprii laboris evacuat, & fidem Trinitatis
exaltat, quid aliud facit, nisi tres stellas Arcturus
elevat, quatuor inclinat? Et dum quosdam bona
opera non habentes de sola fide præfumere prohi-
bet, sed operari enixiùs quæ præcepta sunt iuber,
quid aliud Arcturus facit, nisi quatuor stellas eri-
git, tres deponit? Videamus quomodo tres eleveret,
quatuor deponat. Ecce per Paulum contra fidem di-
Rom. 4. opere superbientibus dicitur: *Si Abraham ex ope-*
“ *ribus justificatus est, habet gloriam, sed non apud*
Gen. 15. b *Deum. Quid enim Scriptura dicit: Credidit Abra-*
ham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Vide-
mus quomodo quatuor elevet, tres deponat. Ecce per Jacobum de fide sine opere superbientibus di-

A citur: *Sicut corpus sine spiritu mortuum est. ita fides*
sine operibus mortua est. Arcturus itaque volvitur: *quia sancta Ecclesia juxta auditorum suorum me-*
tes in diverso latere prædicationis arte versatur. Ar-
cturus volvitur: quia haec in noctis hujus tribulatio-
nibus rotatur. Sed hunc Arcturi gyrum quandoque
Dominus dissipat: quia labores Ecclesiæ ad re-
quiem permutat. Tunc & Pleiades pleniū jungit,
cum gyrum Arcturi destruit: quia tunc nimurum
sancti omnes etiam visionis sibi specie copulantur,
quando in fide mundi sancta Ecclesia ab his, quos
*nunc sustinet, laboribus solvitur. Dicat ergo: [*Nun-**

GRE
TOMI

quid conjugere valebis micantes stellas Pleiades,
*aut gyrum Arcturi poteris dissipare?] Subaudis, ut
ego, qui tunc sanctorum vitam etiam per speciem
unio, cùm gyrum universalis Ecclesiæ corporaliter
solvo. Et quis hominum solius divinae hoc esse vir-
tutis ignorat? Sed ut cognoscat homo quid ipse sit,
memoretur assidue quid solus Dominus possit. Ha-
bemus adhuc quod de stellis Pleiadibus atque Ar-
cturo aliud sentiamus Pleiadibus quippe ab oriente,
Arcturus verò ex parte Aquilonis surgit. Quo-
cumque autem se per gyrum suum Arcturus verte-
rit, Pleiades ostendit: & cùm lux diei jam vicina
efficitur, stellarum ejus ordo distenditur. Potest
igitur per Arcturum, qui à plaga frigoris nascitur,
lex; per Pleiades verò quæ ab oriente surgunt,
Testamenti novi gratia designari. Quasi enim ab
Aquiloni lex venerat, quæ tanta subditos rigidita-
tis asperitate terret. Nam dum pro culpis suis alios
præcipicerat lapidibus obrui, alios gladii morte mul-
cari, plaga torpens, & velut à sole charitatis alicie-
na, præceptorum suorum semina plus premebat ex
frigore, quam ex calore nutriebat. Cujus oppressio-
nis pondus Petrus horruerat, cùm dicebat: *Quid*
*tentatis Deum imponere jugum super cervicem dis-
pulorum, quod neque patres nostri neque nos portare
potuimus?* Nec mirum quod per Arcturi septem
stellas Testamentum vetus exprimitur, quia & ve-
neratione legis dies septimus exitit venerabilis, &
per hebdomadam integrum constituti sacrificii vota
tendebantur. Pleiades verò quæ ipsæ quoque sicut fu-
periùs diximus, septem sunt, Testamenti novi gratia
tantò apertius indicant, quantò cuncti liquido cer-
nimus, quod per illam fideles suos Spiritus sanctus
septiformis munera lumine illustrat. Quaquâ igit-
ur se Arcturus vertit, Pleiades ostendit: quia per
omne quod Testamentum vetus loquitur, Testa-
menti novi opera nuntiantur. Sub textu enim litera-
, tegit mysterium prophetæ. Et quasi incli-
nat se Arcturus & demonstrat: quia dum ad spiri-
talem intellectum flebit, significata per illud
lux gratia septiformis apritur. Et propinquante
dies luce, stellarum ejus ordo distenditur: quia post-
quam per semetipsum nobis Veritas innovit, ab
obsequiis carnalibus littera præcepta laxavit. Re-
depositor autem noster in carno veniens, Pleiades
junctit; quia operationes septiformis Spiritus simul
in se & cunctas & manentes habuit. De quo per
Esaiam dicitur: *Egregietur virga de radice Iesse,* Esa. 11.
& flos de radice ejus ascendet, & requiescat super eum a
Spiritu Domini, spiritu sapientie & intelligentie,
spiritu consilii & fortitudinis, spiritu scientie &
pietatis, & repletib[us] eum spiritus timoris Domini De
*Quo Zacharias ait: *Super lapidem unum septem oculi**
*juncti. Atque iterum: *Et in candelabro aureo lucerne se- d***

Zach. 4.

premit. Nullus verò hominum operationes sancti Spi-
ritus simili omnes habuit, nisi iolus mediator Dei &
hominum, cuius est idem Spiritus, qui de Patre ante-
*te facta procedit. Bene ergo dicitur: *Super lapi-**

Zach. 4.

dem unum septem oculi sunt. Huic enim lapidi se-
pream oculos habere, est simili omnem virtutem

1. Cor. 12.

Spiritus septiformis gratia in operatione retinere.
Alius namque prophetam, alius scientiam, alius interpré-
tationem, alius genera linguarum, alius interpréta-

tiones sermonum juxta distributionem sancti Spiritus accipit: ad habenda verò cuncta ejusdem Spiritus munera nemo pertingit. At verò conditor nostrus infirma nostra iuscipiens, quia per divinitatis suæ potentiam simul se habere omnes sancti Spiritus virtutes edocuit, micantes proculdubio Pleiades junxit. Dum verò Pleiades jungit, Arcturi gyrum dissipat: quia dum semetipsum factum hominem habere cunctas sancti Spiritus operationes innotuit, in Testamento veteri littere laborem solvit, ut fidelis quisque jam cum libertate spiritus illud intelligat, cui prius in formidine inter tot discrimina serviebat. Audiat itaque beatus Job: [Numquid conjugere valebis micanes stellas Pleiades?] Ac si aperte diceretur: Habere quidem lumina quadruplicata virtutem potes, sed numquid exercere simul omnes operationes sancti Spiritus sufficis? Me ergo conjungentem Pleiades in cunctis virtutibus contemplare, & tu de paucis ab elatione competere. Audi quod dicitur: [Aut gyrum Arcturi poteris dissipare?] Ac si ei aperte diceretur: Et si ipse jam quæ recta sunt sentis, numquid virtute tua etiam in alienis cordibus laborem grossioris intelligentiae destruis? Me itaque considera, qui carnalium stulta * corrigo, dum me per carnis stultitiam manifesto: ut tanto magis hæc, quæ putas virtutum tuarum fortia, humiles, quanto nec vestigia meæ infirmitatis apprehendis. Quia verò in ipso Dominiæ incarnationis mysterio aliis lux veritatis ostenditur, aliorum verò per scandalum corda tenebrantur, rectè subjungit.

* al.
cligo

Quod cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege: & eo apparente in fine mundi, revelabitur homo peccati, filius perditionis.

CAPUT XVII.

*N*umquid producis luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terra consurgere facis?] Pater quippe in tempore suo luciferum produxit, quia sicut scriptum est: *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redemeret.* Qui natus ex virginis, velut lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit: quia fugata obscuritate peccati, aeternum nobis manè nunciavit. Luciferum D verò innotuit; quia diluculo ex morte surrexit, & fulgore sui luminis mortalitatis nostræ tetram caliginem pessim. Cui bene per Joannem dicitur: *Stella splendida & matutina.* Vivus quippe appa-
rens post mortem, matutina nobis stella factus est: quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectio-
nis præbuit, qua lux sequatur indicavit. Vesperum verò super terræ filios Dominus consurgere facit; quia infidelibus Judæorum cordibus dominari antichristum eorum merito exigente permittit. Qui idcirco à Domino huic vesperi justè subduntur; quia ipsi sponte sua filii terra esse voluerunt. Terrena quippe & non cœlestia requirent, à perspicienda luciferi nostri claritate excaecati sunt: & dum præsestibz vesperum expunt, subsequentis damnationis aeterna nocte merguntur. Hinc in Evangelio Dominus dicit: *Ego veni in nomine Patris mei,*
& non acceperitis me: alius veniet in nomine suo,
& ipsum recipietis. Hinc Paulus ait: *Eo quid cha-
ritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent,*
*ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut cre-
dant mendacio, ut judicentur omnes qui non cre-
diderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Ne-*
quaquam ergo super eos vesper consurgeret, si cœli
*filii esse voluissent. Sed dum visibilia appetunt, amil-
lo cordis lumine, sub noctis duce tenebrescent.*
Quod tamen si moraliter dicimus, quomodo
quotidie agatur invenimus: quia nimis & electis

A lucifer oritur, & reprobis Deo permitente vespere dominatur. Unus enim atque idem sermo Dei est in ore prædicantis. Quem dum isti gaudendo, illi verò invidendo audiunt, claritatem sibi luciferi in vespere tenebras vertunt. Dum isti humiliter vocem sanctæ predicationis accipiunt; quasi ad stellæ lumen oculos cordis aperiant: dum verò illi bene dicenti invident, & non salutis cauam, sed elationis gloriam querunt, prorumpente iniquitatis sue vespere in somnum mortis oculos claudunt. Per occultum ergo iudicium is qui electis est lucifer, reprobis auditoribus fit vespere: quia exhortatione sanctæ qua boni ad vitam redeunt, pravi deterius in culpa moriuntur. Unde bene per Paulum dicitur: *Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi sunt, & 1. Cor. 2. & in his qui perirent: alius quidem odor mortis in mor-tem, alius autem, autem odor vite in vitam.* Verbum itaque suum auditoribus esse luciferum simul & vespere vidit; per quod & alios ab iniquitate suscitari, & econtra alios sopiri in iniquitate conspexit. Quod quia occultis Dei iudiciis agitur, que in hac vita ab hominibus comprehendendi non possunt, rectè illis subdidit: [*Et ad hæc quis tam idoneus?*] Ac si diceret: Idonei quidem sumus ad hæc consideranda que sunt, sed idonei non sumus ad hæc investiganda cur sunt. Unde hic quoque Dominus, quia alius produci luciferum, alius verò consurgere vespere dixerat, ne perscrutari homo occulta Dei iudicia audeat, illico subjungit.

Quod causas iudiciorum Dei vel predestinationem eius in hac vita nemo cognoscet.

CAPUT XVIII.

*N*umquid nosti ordinem celi, & pones rationem eius in terra?] Ordinem celi nosse, est supernarum dispositionum occultas predestinationes videre. Rationem verò eius in terra ponere, est ante humana corda talium secretorum causas aperire. Rationem videlicet celi in terra ponere, est supernorum iudiciorum mysteria vel considerando discutere, vel loquendo manifestare. Quod utique facere in hac vita positus nullus potest. Ut enim à parvis ad majora veniamus, quis intelligat quæ esse secretorum subtletias potest, quod sapientia ju-
*stus à iudicio non solum non vindicatus, sed etiam ratio se-
punitus redeat, & iniquus ejus adversarius non for-
cerum non punitus, sed etiam victor abcedat: Quis* test.
*intelligat cur vivit alius insidians mortibus prox-
imorum, & moritur alius, qui profuturus esset vita
multorum? Alius culmen potestatis assequitur, qui
non nisi lædere studet: alius tantummodo lædos de-
fendere concupiscit, & ramen ipse oppressus jacet,
Alius vacare appetit, & innumeris negotiis impli-
catur: alius negotiis implicari desiderat, & coactus
vacat. Alius male inchoans, usque ad vitæ suæ ter-
minum ad pejora protrahitur: alius bene incipiens,
per longitudinem temporum proficit ad augmenta-
meritorum. At contraria, alius male vivens diu refer-
varur, ut se corrigat: alius verò bene quidem vide-
tur vivere, sed in hac vita eo usque durar, quoad
E in perversa protumpat. Alius in errore infidelitatis
natus, in errore deficit: alius in catholicæ Fidei re-
stitutio consummat. Econtra verò alius catholicæ
matris ventre editus, juxta vita terminum erro-
ris voragine devoratur: alius autem vitam suam in
catholicæ pietate consummat, qui ortus in perfidia
cum lacte matris hauserat virus erroris. Alius col-
litudinem bene vivendi appetere & vult, & valet;
alius nec vult, nec valet. Alius vult, & non valet;
alius valet, & non vult. Quis ergo ista iudiciorum
cœlestium secreta discutiat? Quis intelligat discre-
tam lancem æquitatis occultæ? Ad cognoscendos
quippe istos iudiciorum secretorum finis nullus af-
fert. Dicatur ergo homini, ut se nescire cogno-
H h h iii*

scat : nescientem verò se cognoscat ut timeat: timeat ut humilietur, humilietur ne præsumat in sé : non præsumat in sé, ut conditoris sui auxilium requirat: & qui in se fidem mortuus est, auctoris sui adjutorum appetens vivat. Audias itaque vir justus jam quidem se sciens, sed adhuc quæ supra se sunt nesciens : [*Numquid nosī ordinem celi, & pones ra-*

tiones ejus in terra?] id est, numquid occultos ordines judiciorum caelestium comprehendis , aut aperire humanis autibus sufficiis ? Beatus igitur Job de judiciorum incomprehensibilium investigatione requiritur, ac si ei apertè diceretur: Cuncta, que patetis, tantò tolerate patientius debes, quanto secretorum caelestium ignarus, cur hæc patetis nescis.

S A N C T I G R E G O R I I
M O R A L I S E X P O S I T I O N I S
I N B E A T U M I O B,
L I B E R T R I G E S I M V S.

Quod Indeis in enigmatibus & nebula multipliciter per partes locutus sit Deus: & quod contra illum sœviens populorum turba surrexit, clamaveritque Crucifige.

C A P U T P R I M U M.

BEATUS Job talia utrumne fecerit Domino interrogante, requiritur, quælia utique facere non potest homo: ut dum se ista facere non posse deprehendit, ad eum refugiat, quem solum talia quia facere possit intelligit, atque ante oculos judicis sui magis potens appearat, si sua verius infirma cognoscat. Quod ergo mirè à Domino fieri non ignoratur, de eo divina Job voce requiritur ; diciturque ei: [*Numquid elevabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operies te?*] Vocem quippe suam in nebula Dominus elevat, quando per predicatorum suorum linguas ad caliginosa corda infidelium exhortationem format: eumque aquarum impetus operit, dum bene agentia membra ejus, turba resistentium populorum premunt. Hinc est enim quod scriptum est: *Factum est verbum Domini ad Hieremiam dicens: Sta in ariō domus Domini, loquens ad omnes civitates India, de quibus veniunt, ut adorent in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi.* Et paulò post: *Et audiērunt sacerdotes & propheta & omnis populus Hieremiam loquenter verba hec in domo Domini. Cumque complevisset Hieremias loquens, apprehenderunt eum sacerdotes & propheta & omnis populus, dicens: Morte moriar, quare prophetavisti in nomine Domini?* Ecce in nebula Dominus vocem levavit, quia obscuras mentes superbientium directo Propheta corripuit. Ecce aquarum impetus eum protinus operit ; quia ab insurgentibus populis, & causa sua correptionis instigatis, ipse in Hieremiam cuncta pertulit, qui correptionis verba mandavit. Per semetipsum quoque Dominus in nebula vocem levavit, quando presentem se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis persecutoribus, sed figuris enigmatis velata prædicavit. In nebula vocem levavit, quia veritatem suam non secuturis infidelibus quasi per caliginem sonuit. Unde & bene in libris Regum scriptum est: *Nebula implexit domum Domini, & non poterant sacerdotes ministrare propter nebula.* Exigentibus enim meritis, dum superbi Judæorum pontifices divina mysteria per parabolæ audiunt, sacerdotes in domo Domini quasi propter nebula ministrare nequiverrint. Qui & in Testamento veteri, dum sensus mysticos literæ ve- lamine coopertos inter obscuras allegoriarum cali-

Hier. 26.

iibid.

2. Reg. 8.

Binges investigare despiciunt, debitum fidei sue ministerium propter nebulam perdiderunt. Quibus & nunc in nebulâ doctrinæ suæ vocem Dominus protulit, cùm de se etiam aperta narravit. Quid est enim apertius, quam: *Ego & Pater unum sumus?* ^{Ioan. 10.} Quid apertius dicere, quam: *Antequam Abraham fieret, ego sum?* Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleverat, quasi emissum solis radius nebulâ interiacens abscondebat. Ad hanc namque elevationem vocis eum protinus aquarum imperus operuit, quia contra illum mox sœviens populorum turba surrexit. Scriptum quippe est: *Propterea ergo quarebant cum Iudei interficere, quia non solum sol vebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum,* aqualem se faciens Deo. De hoc aquarum imperu per Prophetam clamat: *Circundederunt me sūnū.* Et rursum: *Saleum me fac Deus, quoniam iniraverunt aquæ usque ad animam meam, quas profecto aquas in semetipso ante mortem, in suis autem & post alensionem pertulit. Hinc est enim quod & de superioribus clamat: *Saule, Saule, quid me perseguis?* Ecce jam calum conscenderat, & tamen adhuc eum Saulus aquarum infidelium impetu persequens, & tumidior ceteris unda tangebat. Ipse quippe est qui per bonos recta loquitur, ipse qui in bonorum passione laceratur. Us ergo mirifica Dominus charitatis unitate monstraret se esse qui indignis auditoribus per sanctorum suorum ora prædicat, ait: *Numquid elevabis in nebula vocem tuam?*] Ut verò ostenderet se esse qui in sanctis suis omnia adversa pateretur, subdidit: [*Et impetus aquarum operies te?*] Subaudis, ut me, quem iniqui omnes neque per prædicantes sanctos loquentem intelligunt, neque per mōrientes patientem vident. Narrat ergo Dominus quod ab hominibus patitur, ut dolor afflicti hominis mitigetur, ac illi apertè dicat: *Mea subtiliter pensa, & tua æquanimiter tempora.* Multo enim minus est te vulnera, quam me humana tolerarer. Adhuc tamen verba hæc subtilius perscrutari possimus, si inter dona caelestia nostra sollicitè corda pensamus. Jam quidem fideles sumus, jam quæ audimus, superna credimus, jam quæ credimus, amamus. Sed dum quibusdam supervacuis curis premimur, obducta confusione caligamus; & cùm nobis etiam talibus mira quædant Dominus de se sentienda insinuat, quasi in nebula vocem levat. Dum caliginosus nostris mentibus per semetipsum loquitur, velut in nebula is qui non certatur, auditur. Summa sunt namque qua de illo cognoscimus, sed tamen adhuc eum in secreta inspiratione qua instruimus, non videmus. Qui igitur cordibus nostris præbet quidem locutionem, sed occultat speciem, velut in nebula format vocem.*